Acorus cal's ē ⁊ sicc⁹. Qui crosse vētositati: ac spleni duro: necnō grauedini lingue confert.
¶ Guasima cal'a est: ⁊ pōtica: cū q̄ capilloꝝ fit tinctura. ¶ De ze. CAP. XXXIIII.

Zinziber cal'm est ⁊ humidū. Qd̄ ⁊ cibuz digerit: ⁊ ventrē mouet: stō q̄qꝫ atqꝫ epati fridis ꝯfert. Obscuritati itidē oculorū ex hūiditate i ocul' positū vl' cōestū auxiliaᷓ.
¶ Oēs aristologie spēs cal'e sunt; opil'onē aperiētes: ⁊ scorpionis pūcture conferentes. Que et mēstrua prouocant: ⁊ abortire faciunt.
¶ Ysop⁹ que vegetaᷓ cal'a est ⁊ sicca. Que vt origanū valēs: pect⁹ ac pulmonē purgat. Asmati ꝑterea atqꝫ vetuste tussi ⁊ antiq̄ ꝯfert. Flegma itidem ⁊ vermes e corpore educit.
¶ Ysop⁹ aūt humida que ⁊ cerotes dicitur: que ex lane sordibus fit: dura maturat ⁊ mollificat apostemata: ⁊ ꝓprie ea que in vesica fiunt ⁊ matrice.
¶ Zurūbet cal'a ē ⁊ sicca. Que vētositatē dissoluēs: venenosoꝝ aīaliū morsib⁹ valde ꝓficit: atqꝫ impinguat.
¶ Argentum viuum quando extinguitur: ardens est. Qd̄ scabiei ⁊ pediculis auxilium affert.
¶ Azegi cal'm exñs ⁊ siccū scabiē ex humiditate desiccat: atqꝫ sabafati ex humiditate factaz emendat: sanguinēqꝫ ex naribus fluentem naribus insufflatuz: ⁊ sanguinis fluxum ex percussione: suppositum stringit.
¶ Arsenici oēs species calide sunt: ⁊ incēdentes conferūt scabiei: ⁊ putredini: ⁊ sabafati humide. Herpeti preterea estiomeno atqꝫ pediculis remedium affert. Asmati preterea si cū eo suffumigatio vl' epithima fiat: ꝯfert. Maculā insup q̄ ex sāguine mortuo accidit pp ꝑcussionē: remouet.
¶ Spuma maris plures hꝫ spēs. Que oēs calide existētes ⁊ sicce: scabiei ⁊ morfee atqꝫ alopitie auxiliantur.
¶ Uitri proprietas est: lapidez qui in vesica generatur frāgere: furfures preterea aufert: si cum eo caput lauetur.
¶ Zarnab calidum existēs ⁊ siccū: stomacho atqꝫ epati fridis confert: ventrēqꝫ strīgit. ¶ Ziniar calidū ē ⁊ corrodit carnem. De ba. CAP. XXXV.

Amomum calidum est ⁊ siccū. Qd̄ opilationi epatis ex frigiditate proficiens: dolorem aufert matricis. In capite tñ grauedinem: ⁊ dolorē atqꝫ scothomiā gñat.
¶ Albanna: pustulis que sunt in ore ⁊ adustioni ignis remedium affert.
¶ Litium inter caliditatē ⁊ frigiditatem tēperatum existens: calidis oculorum apostematibus confert: si cum eo epithimetur. Quod mollibus atqꝫ solutis apatib⁹ cōfert: ⁊ pānū faciei epithimatū: necnō i gutture trāsglutiēdi duritiem gargarizatum aufert: orisqꝫ pustulis auxiliatur.

¶ Norf calidissimū existens: stomachuz ⁊ epar calefacit: ventrēqꝫ mollificat: ac vermes e vētre educit: coeūdi preterea stimulat desideriū: ⁊ pulmonē mūdat. Asmati quoqꝫ ⁊ crossitiei splenis prodest aborsum itidem facit.
¶ Nasse cal'a ē. Que in oculo posita vl' comesta: visus debilitati ꝯfert: asmaticqꝫ prodest: atqꝫ vermes expellens facit aborsuz. Ad digerendū insuper cibū adiutoriū prebet.
¶ Narmel calidū existēs: iebriat ⁊ dolorē capitis facit: vomitūqꝫ cōmouet: vrinā quoqꝫ ⁊ menstrua prouocat.
¶ Nasech frida ē. Cui⁹ apozima bibitū lapidē frāgit ⁊ spma auget: atqꝫ vrine soluit ꝯstrictiōez. ¶ Nabenil flegma expellit: morfee albe atqꝫ albaras auxiliaᷓ. Conturbationē tñ ⁊ nauseā facit. ¶ Colloqntida calida existēs ⁊ sicca crossū expellit flegma: ac caput mundat: ⁊ neruoꝝ dolori atqꝫ sciatice passioni: nec nō podagre fride: ⁊ elefātie bñficiū parat. ¶ Ferri squama: stomachū corroborat: ⁊ emorroydaꝝ strigit sanguinē. ¶ Aqua vero in qua ferꝝ extinguitur coeūdi stimulat desideriuz: crossosqꝫ cōfert spleni.
¶ Sēpiuiua frigida ē. Que calidis apostematibus ac adustiōi ignis: ⁊ oculoꝝ egritudini: epithimata ꝯgrua existit.
¶ De ta. CAP. XXXVI

Tamariscus frida ē ⁊ sicca: ex cui⁹ folys emplasꝝ sup molle apostema positū auxiliatur. Eius āt apozima in ore tētū: dolorē dentiū sedat. Uinū ꝑterea i q̄ folia ei⁹ cocta fuerit bibitū splenē subtiliat.
¶ Idē qꝫ facit vinū vel sirupus acetosus cū ꝑuo sciphoex eius radice fcō si diu bibaᷓ. ¶ Thubab ē frida apatibus cal'is cūex ea emplasꝝ desup poniᷓ: conferens.
¶ Tarathit frida est ⁊ sicca. Que ⁊ vētrē strigit: ⁊ sanguinē exire ꝓhibet. ¶ Spodiū fridū ē ⁊ siccū. Qd̄ febribus acutis: ac siti ⁊ nimio ventris fluxui: ⁊ vomitui cōfert: pustulis quoqꝫ que in ore ⁊ lingua nascunᷓ: atqꝫ tremori cordis auxiliatur. ¶ Terra sigillata: ⁊ armena vtreqꝫ sanguinem spuentibus atqꝫ emorroydas patientibus: nec non omni loco ex quo sanguis fluit congruunt.
¶ Alia vero terra q̄ a quibusdam consuete comeditur: in epate creat opilatiōez: ⁊ cōplexionē destruit: ⁊ ꝑcipue eorum qui ad hoc parati sunt: os tamē stomachi rigidū reddit fastidiū ex cibis fastidiosis fcm: atqꝫ nauseā remouēs.
¶ Talisafar cal'a ē ⁊ sicca. Que fluxū vētris: atqꝫ vlcera intestinorum ⁊ emorroydas remouet.
¶ De ge. CAP. XXXVII.

Mandragora frida est faciēs stuporē. Que si i vino mittaᷓ: valde iebriat. Medicis āt āmixta: dolorē aufert de q̄ si maxia bibaᷓ quātitas ꝑniciez inducit.
¶ Titimalli multe sunt spēs: q̄ oēs calide existētes: adurūt ac soluūt vētrē ⁊ nauseā efficiunt. Corpus quoqꝫ vlcerāt. ¶ Gēbut frigidū ē ⁊ siccū: fluxū ꝓhibens vētris succusqꝫ eius bibitus ictericie medetur.
¶ De k. CAP. XXXVIII.

Vitis de q̄ fit vinū folia vel ꝓpuria trita: ⁊ more ēplastri sup cal'a apata posita: atqꝫ dolēti capiti: bñficiū ꝓbet. Succ⁹ ꝑterea ipsoꝝ: si bibaᷓ vētrē ac vomitū strigit. Hūiāt ei⁹ lapidē frāgit: ⁊ scabiē remouet. ¶ Thus cal'm exñs ⁊ siccū carnē i vulnerib⁹ creat: vētrē qꝫ ac vomitū arcet: ⁊ itellectū acuit: d̄ quo tñ si m'lta sumaᷓ quātitas: adurit sāguinē ⁊ efficit alguesegues: tremori itidez cōdis auxiliaᷓ. ¶ Kamepitheos cal's ē: ꝯstrictiōi vrie: atqꝫ ycteritie: ⁊ sciatice passioni ꝯferēs. ¶ Cōdisi cal'm ē. Qd̄ vehemēter vomitū ac vētris solutiōez ꝓuocat: sternutationē q̄ cōmouet. ¶ Karmesich frigidū ē ⁊ siccū: qd̄ ⁊ vētrē retinet ⁊ fluētem sistit sanguinem: dentibus preterea qui frangi incipiunt atqꝫ moueri: auxiliatur.

¶ Charabe frigidū existēs ⁊ siccū: menstruoꝝ supfluitati atq̃ emorroydis ⁊ emoptoicis nec nō dissintericis: ac cordis tremori remedium confert.

¶ Kesile calidi sunt ⁊ sicci. Qui cum corpus impinguent: stomacho boni existunt.

¶ Keste calidū est: corpusq̃ īpinguat: ac stomacho ꝯfert.

¶ Cubebe calidū est opil'ones apiēs. Qđ ⁊ vritides poros mūdat: ⁊ guttur mūdificat: ventrēq̃ stringit.

¶ Sulphur calidū est. Qđ adustionē faciēs: scabiei ꝯfert: si cū eo fiat īunctio: atq̃ asmati si bibat̄ auxiliū prebet.

¶ Camedreos calidus est. Qui cū opil'onē apiat: splenis grossitiem atq̃ ycteritiam remouet.

¶ Dragagātū guttur lenit atq̃ pl'monē: tussi quoq̃ ꝯfert.

¶ Kebikegi calidū exñs adurit ac sitim facit scabiēq̃ remouet: si ex eo inunctio fiat.

¶ Kildaru calidum est ⁊ expellit ascarides.

¶ De lem. CAP. XXXIX.

Amigdale amare calide sunt. Que epatis apientes opil'onē: asmati atq̃ lapidi qui in renibus ⁊ vesica est: ꝯferunt.

¶ Plātago frida est: ꝯgrua exñs apatib⁹ cal'is ⁊ adustioni ignis: qñ more empl'i supponit̄: dolori quoq̃ auris auxiliat̄ si ex cal'itate fuerit. Cuius semē vlcerib⁹ confert intestinorum.

¶ Dragōtea calida est. Que opil'onē apiens: desideriū stimulat coeūdi: atq̃ antiquo asmati bñficiū prebet.

¶ Lacca calida est: calori epatis: atq̃ ydropicis ꝓficiens.

¶ Lingua auis spermati augmentum tribuit: ac cordis remouet tremorem.

¶ Buglosa melancolicis est bona: tremori cordis atq̃ vesicis oris conferens.

¶ Larghia calida est: atq̃ adurens. Que et ventrem soluit: ⁊ vomitum facit.

¶ De mum. CAP. XL.

Ma calidum exñs: vrine ꝯgruit cōstrictioni: si bibatur vel sup femur more emplastri ponatur.

¶ Mastix cal'z exñs stōz ⁊ epar corroborat.

¶ Bdelliū iudaicū calidū exñs. Qđ dura dissoluens apata: emorroydis vtile iudicat̄: bdellium tñ de mecha. frigidum est ⁊ siccum: ventremq̃ stringit.

¶ Mumia emoptoycis bona exñs: rupturā vel fracturā velociter restaurat. Dolorem ꝑterea gutturis ac dissolutionis: ⁊ ꝯcussionis: ⁊ plagaꝝ sedat. Illi aūt q dixerunt q̄ ꝑfecte emendat: mētiti sunt: dolori īsup ex friditate naribus cum oleo sambacino īsufflata auxiliat̄.

¶ Meizahara calida est. Que ventrem soluens podagre: ac coxarum: ⁊ costarum dolori confert.

¶ Mirrha calida est. Que tussi antiq̄ cōgrua exñs. vocē efficit claram. Scotomiam tñ inducit: dormire ꝑterea faciens mēstrua prouocat: ac puncturis scorpionum bibita beneficium prebet.

¶ Memithe frigidum existens: apostematib⁹ calidis: more emplastri superpositum confert.

¶ Meubedhena: calide sunt ventremq̃ soluunt atq̃ vomitum ꝓuocant vehemēter: podagre quoq̃ ꝯferunt.

¶ Marcasitha calida existens: oculum facit rigidum: et abradit fortiter.

¶ Fuligo si de ea fiat epithima: ignis adustioni confert.

¶ Stafisagria cal'a est ⁊ adurēs. Que ⁊ pediculos īterficit ac scabiē remouet: de qua ꝑua accepta q̄ntitas: vomitū ꝓuocat. Ipsā tñ dare timorosū ē. fortassis. n. ꝑniciē īferret.

¶ Celidonia cal'a ē. Que albedi ocl'oꝝ ꝯgruit: visūq̃ acuit

¶ Mugath bona existit si ex ea emplastrum super dissoluta membra fiat.

¶ Mezerion calida est. Que ⁊ bona est ⁊ multū acuta. Et licet aquam citrinam vehemēter expellat: epati tñ nocē.

¶ Merdasengi fridū est ⁊ siccū. Qđ excoriationibus: atq̃ fetori sudoris ꝯfert: carniq̃ augmentū tribuit. ¶ In emplastris ꝑterea ponit̄. ¶ Oīa fellis genera calida existūt: oculorumq̃ auferunt tenebrositatem.

¶ Mescathramesir calidum existens: ꝓuocat menstrua.

¶ De non. CAP. XLI.

Nil calidum existens ⁊ ponticum: desiccat apata mollia.

¶ Ameos calidū est ⁊ siccū: stomachū calefaciēs ⁊ epar: lapidēq̃ frāgit: atq̃ vrinā ꝓuocat.

¶ Uitrum calidum est: abradens: ⁊ mundās.

¶ Calx calida existens: adurit atq̃ supfluā corrodit carnē fluxum preterea stringit sanguinis. Que cum lauat̄ adustioni ignis confert.

¶ Salamōiac⁹ cal'us est. Qui vulue cadenti: ac dolori gutturis q ñ ꝑmittit trāsglutire: ⁊ albedī ocl'oꝝ: auxiliū ꝑbet.

¶ Neheremisch calida est: stomacho ⁊ epati frigidis remedium tribuens.

¶ Naphra calida est. Que asmati atq̃ vētositatib⁹ ꝯgrua existens: vermes paruos ano supposita interficit.

¶ De sim. CAP. XLII.

Spica indica calida ē. Que stomaco ac epati frigidis auxiliatur vrinam etiam prouocat.

¶ Cipi cal'i sunt ⁊ sicci. Qui stōz ac epar calefacientes: frangūt lapidē: ⁊ putrefactioni: ac malo dolori: q in narib⁹ atq̃ in ore sunt: bñficiū tribuūt.

¶ Salegha cal'a exñs ⁊ sicca acuit visū ⁊ vrinā ꝓuocat.

¶ Foliū calidum est. ⁊ vrinam ꝓuocat: tremori quoq̃ cordis atq̃ fetori auxiliatur.

¶ Sādaros sanguinē vomētib⁹: atq̃ emorroydis ꝯfert.

¶ Sel cal's est dolori neruoꝝ ac vētositati conferens.

¶ Cipssi nuces ⁊ folia calida existūt ⁊ pontica. Que rupture īguinis auxilium ꝑbēt: si ex eis emplastrum fiat.

¶ Sumach frigidum existens ⁊ siccum: ventrem stringit ac stomachum preparat.

¶ Sidre frigida est ⁊ sicca: ventrem stringens.

¶ Cancri caro ꝓtisicis auxiliatur: ac sperma augmentat.

¶ Hermodactili podagre ꝯferūt: sꝑma quoq̃ augent.

¶ Scedaurā vel scedeguarā frigidus existens ⁊ siccus: retinet sanguinē: ac capillos ne cadāt ꝯfirmat.

¶ Subedigi dentium concauitates radendo abstergit.

¶ Secācur calidus est: coeundi stimulans desiderium qđ eius renes proprie operantur.

¶ Ligritia gutturi ꝯfert ac pulmoni: supflua in eis exñtia expellendo. Sitim ꝑterea atq̃ vrine ardorem aufert.

¶ Seuestē guttur ⁊ pectus lenit.

¶ Siseleos cal'us exñs: asmati ⁊ retētioni vrine: atq̃ inflationi ventris confert: partumq̃ accelerare facit.

¶ Sekebinegi calidū ē. Qđ crosse vētositati ac colice: nec nō epilepsie: ac paralesi cōferēs: oculoꝝ tenebrositatē aufert: ⁊ scorpionū pūcturis auxiliatur.

¶ Saculufundurion calida est spleniq̃ crosso: ac strāguirie: ⁊ lapidi remedium affert.

¶ Scamonea coleram rubeam vehementer expellit: stomacho atq̃ intestinis ⁊ epati nocumentum parans.

¶ De ham. CAP. XLIII.

Harar est arbor cui⁹ fruct⁹ calidus exñs ꝓuocat vrinā ac stō ꝯfert.

¶ Asarai frida est: cal'is apatib⁹: et ardori stōi bñficiū tribuēs: qñ more empl'i supponit̄.

¶ Haelchalinibit: calidum existens: fissuris ⁊ plagis congruit.

¶ Piretrum calidum existens: dolori dentium atq̃ pustulis oris congruum existit.

¶ Solatrũ frigidum est: ardenti epati remediũ tribuens.
¶ Curcuma calida est. Que cuꝫ sit abradens: visum acuit: atqꝫ albulam delet.
¶ Iuiube in calore sunt temꝑate que ⁊ guttur leniũt: ⁊ sanguineꝫ licet parum clarificant: graues tñ sunt ⁊ fastidium facientes: tardeqꝫ descendunt.
¶ De fe. CAP. XLIIII.

Fel calida existens: prouocat vrinam.
¶ Felenge est calidũ ⁊ siccuꝫ.
¶ Fel calidum est dolori neruorũ proficiens.
¶ Fesire calida ē. Que cũ sit detergens ⁊ abradens: pãnum ⁊ lentigines magnas delet.
¶ Fesarastin vel fesiresin brionie similis ē: mẽstrua ⁊ vrinam prouocans: atqꝫ epilepsie proficiens.
¶ Argentum frigidum est: cordisqꝫ proficit tremori.
¶ Fulfeleminie cal'a sunt: colice atqꝫ vẽtositati ꝯgruentia.
¶ Faufel frigidũ ē: Qꝺ apatib' cal'is epithimatuꝫ bñ facit.
¶ Euforbiũ vehemẽter ē calidũ. Qꝺ ⁊ aquã expellit fortiter: atqꝫ paralisi: ⁊ sil'ib' egritudinib' confert. In oculis vo positum initianti aque cataractaꝝ auxiliatur.
¶ Felucabaragi: capillos facit rigidos.
¶ Marubium calidum est: disnie proficiens: ⁊ difficultati anhelitus: atqꝫ icteritie.
¶ Mentastrũ calidũ est ⁊ siccuꝫ. Qꝺ ⁊ veteri asmati: atqꝫ difficultati mictus auxiliuꝫ prebet.
¶ Peonia pueris epilepsiam patienib' confert: si sup eos appensa fuerint vel ex ea suffumigentur.
¶ Rubea cal'a existens: vrinã atqꝫ menstrua prouocat.
¶ Morphee itidẽ albe atqꝫ albaras epithimata confert.
¶ De sath. CAP. XLV.

Oclee marine aduste: abradẽdo purgant dẽtes. Ex nõ adustis vo ⁊ tritis: emplm factũ: ⁊ adustiõi ignis suppositũ sana euꝫ.
¶ Sapo calidus existit. Qui vlcerans corpus: in ipso forte efficit abstersionem.
¶ Aloes calidũ est: coleram rubeã expellẽs: ⁊ caput ac stomachum purgans carnemqꝫ creat.
¶ Gũmi arabicũ frigidum existens ventremqꝫ stringens: intestinorum excoriationi confert.
¶ Cordumeni calidũ ē. Qꝺ epilepsie atqꝫ asmati ⁊ paralisi conferens expellit ascarides. atqꝫ scorpionis puncture remedium affert.
¶ De caph. CAP. XLVI.

Calamus aromaticus calidus existẽs stomacho atqꝫ epati modo emplastri superpositus auxiliatur.
¶ Cartamũ calidũ ē. Qꝺ ⁊ vẽtrẽ soluit: ⁊ spma auget. Stomacho tamen nocet.
¶ Katram vehemẽter existit calidũ. Qꝺ mẽstrua ꝓuocat ac fetũ expellit. Aquã vo in oculũ descẽdere ꝓhibet. Scabiei preterea ꝓficiẽs: spma ita imutat quod ex eo embriõ generari nõ potest.
¶ Centaurea crudũ flegma e corpore educens neruorum dolori ac colice confert.
¶ Curth frigidus est ventrẽ quoqꝫ stringit.
¶ Cambil calidum existens expellit ascarides.
¶ Kerfe calidũ est: stomachũqꝫ calefacit ⁊ nauseã repmit.
¶ Miliũ solis calidũ ē. Qꝺ ⁊ vrinã ꝓuocat ⁊ lapidẽ frãgit.
¶ Kana calida exñs ꝓuocat mẽstrua: ac vẽtositatẽ dissoluit: carnẽ ꝑterea i vulnerib' creat. atqꝫ scrofulas dissoluit.
¶ Cathinia argẽti: scabiei que in corpore orit̃ ac pustulis q̃ sunt in oculis congrua existit.
¶ Cathinia auri ea subtilior est. Que etiã albulã que est in oculo remouet.
¶ Calcanthum corrosiuum ⁊ calidum est: ponticumqꝫ existens: pollipum a naribus remouet.
¶ Pumex frigida existẽs: in medicinis ponitur oculorũ: dentiumqꝫ mundificat concauitates.
¶ Cacule aquam repellens: lac prouocat ⁊ vrinam.
¶ Es vstũ capillos tigit: vulnusqꝫ ꝯsolidat: ⁊ aquã expellit.
¶ De re. CAP. XLVII.

Bace lauri existẽtes calide: pũcturis cõferũt scorpionũ. qñ cũ vino bibunt̃: ac narib' insufflate: torture ꝯferunt oris.
¶ Gumi pini calidũ existens: carnẽ in vulneribus creat: ideoqꝫ ponitur in emplastris.
¶ Fassafa calida ē: carnẽqꝫ crescere facit: ⁊ vrinã ꝓuocat cuius semẽ spmati ac lacti incrementum prebet.
¶ Reubarbaꝝ calidũ est: Qꝺ stõ ac epati conferens: casui atqꝫ percussioni bibitum remedium tribuit.
¶ Cinis calidus est ⁊ siccus. Qui ⁊ adustionem facit: ⁊ mollia dissoluit apostemata.
¶ Feniculũ calidũ ē: ⁊ vrine ꝓuocatiuũ: ac antiquis cõferens febribus. Qꝺ cũ recens est: lac generat. Cuius succus in oculo positus: acuit visum.
¶ De sin. CA. XLVIII.

Seilen est calidũ ⁊ dissoluit apostemata.
¶ Sertaragi: calidus ē ⁊ acut' Morphee quoqꝫ albe atqꝫ lepre cuꝫ aceto epithimatus confert.
¶ Seucar ē calidus. Qui morphee cum aceto epithimatus: atque hicteritie ⁊ crossitudini splenis: bibitus confert.
¶ Scebrã calida ē. Que colerã rubeã ⁊ aquaꝫ atqꝫ flegma vehemẽter purgans: epati existit nociua.
¶ Sepum omne dissolutiuũ est atqꝫ mollificatiuum.
¶ Scordion calidum existens: crosso spleni confert.
¶ Seteregi calidus est: scabiei atqꝫ pruritui valens vẽtrisqꝫ efficit solutionem.
¶ Sedine frida ē ⁊ stiptica atqꝫ i puluerib' ponit̃ oculoꝝ.
¶ Alumen vehemẽter existit stipticum: dentes quoqꝫ motos confirmat.
¶ Sebenic vel seneschila calida ē. Que fluori ab ore ĩfantiũ decurrẽti: atqꝫ epilepsie remedium affert.
¶ Sacabic calidus existens tenebrositateꝫ visus atqꝫ oculorum albulam remouet.
¶ Suchaba calida existens: antiquis confert febribus.
¶ Suniꝫ calida ē ⁊ acuta: q̃ flegma quasi lambẽdo destruens: aufert reumatismũ: atqꝫ ventositatem expellit.
¶ De te. CAP. XLIX.

Tederi ē calidũ ⁊ augmentat spma ac pueroꝝ lapidib' remediũ affert.
¶ Tamarindi frigidi existentes. vẽtrẽ soluũt ac colerã rubeã ⁊ sanguinem reprimunt.
¶ Teraniabim temperata ē: ventrẽqꝫ soluit.
¶ Tuthia vtilis existit ad oculi rigiditatem faciendã: ascelarumqꝫ remouet fetorem.
¶ Tiregi calidũ est: atqꝫ apostemati congruum existit.
¶ Turbit calidum existens expellit flegma.
¶ De che. CAP. L.

Thefisie calida ē multũ atqꝫ adustionẽ faciens. Que alopitiã patientib' pilos renasci facit. Mollificationi preterea si ex ea fricet̃ corpus auxiliũ prebet.
¶ Thil ꝓuocat vrinam ⁊ frangit lapidem.
¶ De cha. CAP. LI.

Cheruba cal'a existens: colice atqꝫ palesi confert: durities q̃ꝫ mollificat: si ex ea fiat emplastrum.
¶ Sinapi calidũ ē. Qꝺ in palato positũ flã icidit. vmes ꝑterea expellit. atqꝫ apata maturat.
¶ Maluauiscus in calore tẽpata ē. Que apata mollificãs

dolorē sedat. Cuiꝰ semē morpheā remouet: si cū eo ⁊ aceto in sole epithima fiat: atqꝫ ardori mictus auxiliatur.

¶ Elleborus niger colerā expellit nigrā. Albus vero vomitū vehemēter prouocans: multū vomere facit. Ipsum tamē bibere nō est securum.

¶ Cassia fistula ventrē soluit ⁊ apatibus interiorꝝ confert.

¶ Fermētū de farina triticea: doloribꝰ q̄ sunt ī plātis pedū si ex eo fiat emplastrū auxiliat̄: ⁊ apostemata maturat.

¶ De thel. CAP. LII.

CAntarides calide sūt ⁊ acutissime. que lꝫ scabiei ꝯferāt: vesicāt tñ si ex eis mlta sumat̄ quātitas: vulnerāt ac sanguinē mingere faciūt ⁊ iterficiūt. Ex q̄bus pua accepta q̄ntitas: vrinā vehemēter ꝓuocat: atqꝫ albaras albe cū aceto epithimate remediū affert. ¶ Cauda eq̄na ē frida: q̄ vētris fluxuz patiētibꝰ: ⁊ emoptoicis: ac calidis auxiliat̄ apatibꝰ. ¶ Aurū tremori cordis ⁊ melācolie adiutorium prebet.

¶ De tath. CAP. LIII.

ATharo solutioni: ⁊ vesicis oris: atque intestinorum: maximum affert remedium.

¶ De gaim. CA. LIIII.

GAr apostemati matricis cōfert: atqꝫ pūcture scorpionis: ⁊ dolori neruorꝝ auxiliat̄. Qd̄ totuz semē ⁊ oleū opant̄. Nauseaz tñ atqꝫ vomitū faciunt. ¶ Glutē de corijs antiq̄s: faciei pustulis q̄ cuz cutis duritie ⁊ rubore cōsistunt: confert: atqꝫ ramici incipienti: ⁊ emoptoicis auxiliat̄. ¶ Agaricū calidū existēs: epatis apit opilationē. Asmati q̄qꝫ atqꝫ epilepsie: necnō vetustis febribꝰ: remediū affert. Humores p̄terea crossos a capite expellit. ¶ Gafit epatis opilationē aperit: ac vetustis febribus auxilium prebet.

¶ Expletus est tractatus tertius.

Tractatus. IIII. 32. continens capitula.

¶ Capituluz primuz. De dicēdis aggregationibus cōseruandi sanitatez ⁊ eius summis.

2 De mēsuratiōe motꝰ: ⁊ dispōnibꝰ ipsiꝰ ⁊ tp̄is eius.
3 De mēsuratōe sōni ⁊ horarū suarū: ⁊ iuuamēti ipsius ⁊ lesionis.
4 De regimie comestionis.
5 De regimine bibitionis.
6 De purgationibus corp̄is a superfluis humoribus.
7 De tempandis domibꝰ ⁊ hospitijs.
8 De ꝓnosticatiōe maloruz accidentiū ante q̄ȝ preualeant ⁊ augeantur.
9 De actionibus animaliuz cogitationum.
10 De custodiendis cōsuetudinibus.
11 De auferenda malitia ciborum inconuenientiuz.
12 De nocumento vini auferendo.
13 De alijs potibus q̄ ponuntur loco vini.
14 De iuuamēto flōmie ⁊ eiꝰ nocumēto ⁊ q̄uo deat fieri
15 De iuuamēto purgatiōis: ⁊ eius nocumento ⁊ quomodo debeat fieri.
16 De iuuamēto vomitꝰ ⁊ eius nocumento ⁊ q̄uo debeat fieri.
17 De iuuamēto coitus ⁊ eius nocumento.
18 De iuuamēto balnei ⁊ eius nocumēto: ⁊ quomodo debeat fieri.
19 De forma corporis laudabili.
20 De iuuamēto fricatōis labiorꝝ cū corticibꝰ nucū: ⁊ eius nocumētū ⁊ quomodo debeat fieri
21 De ꝯseruatiōe dentiū.
22 De ꝯseruatione oculi ⁊ eius clarificatione.
23 De cōseruatiōe auditꝰ.
24 De cautela egritudinū trāseūtiū d̄ vno ad aliō
25 De pestilētia ⁊ cautela eius.
26 De regimine corp̄is s̄ꝫ tempora.
27 De regimie pregnātis: ⁊ ꝯseruatiōe fetꝰ ipsiꝰ.
28 De facilitate partus ⁊ regimine parturiētis.
29 De regimine infantis.
30 De eligenda nutrice: ⁊ regimine ipsius.
31 De regimie oīuz etatū.
32 De ꝓbatione medici.

¶ De dicendis aggregationibus conseruandi sanitatem ⁊ eius summis. CA. I.



SAnitas conseruat̄ bonitate mēsuratiōis motꝰ ⁊ q̄etis. atqꝫ comestionis ⁊ potꝰ necnō expulsiōis sup̄fluitatū ac domorꝝ: ⁊ ceterorꝝ locorꝝ in q̄bus hoīes manere debēt: malorūqꝫ accidētiū anteq̄ȝ augmētū recipiāt succursus: atqꝫ aīalium cogitationū sibi cōueniētiū. ⁊ ꝯsuetudinū custodie. Nos aūt in vniuscuiusqꝫ istorꝝ tractatu: quātum nostro cōpetit tractatui si deus voluerit loquemur.

¶ De mensura motus ⁊ suarum dispositionum ac suarum horarum. CA. II.



SAnitatem cōseruare volenti: añ comestionē moueri nec̄e ē. Motu aūt q̄sqꝫ vti dꝫ sibi cōsueto: qd̄ vires ipsiꝰ nō excedat. Sit etiā motꝰ deambulatōis vl̄ vectationis. Quo nemo tādiu vti p̄sumat: donec fatigationē ⁊ multā sentiat grauedinē. Sꝫ cū vtit̄ motu ex quo lassari se senserit: dimisso motu statiz añq̄ȝ aliquā inde ꝯsequat̄ lesionē q̄escat. De nā. n. motꝰ ē q̄ q̄n añ comestionē fit calorē accrescere facit innatū. Quāobrez ⁊ cibꝰ calorē inuenit accēsuz: ⁊ corpꝰ inde crossitudinē ⁊ tolerabilitatē ⁊ vires acq̄rit. Sūmopere p̄terea obseruādū ē: vt q̄ fortibꝰ ⁊ grauibꝰ vti vult motibꝰ gradatim ī eis ꝓcedat: neqꝫ de q̄ete ad grauē motuz subito trāseat. Uēter q̄qꝫ eius si grauis fuerit ⁊ magnus: lata ꝯstringēdus ē fascia. Post comestionē vero: a forti motu ac longi tp̄is: oīo ē cauendū. Sic. n. motꝰ añ comestionē factꝰ sanitatis ē ꝯseruatiuꝰ: ita post comestionē egritudinis inuenitur generatiuus.

¶ De mēsura sōni ⁊ sue hore: atqꝫ sui iuuamēti. CA. III.



OPortet vt tādiu post comestionez aliq̄s se a sōno abstieat donec cibꝰ ab ore stōi descēdisse: atqꝫ inflatio ⁊ q̄uedo minui: atqꝫ inferius mergi sentiant̄. Oꝫ si tardet̄ nō incōgruū ē vt pua iuuet̄ deambulatiōe donec descēdat. ¶ Est ēt obseruādū ne de vno latere ad aliū: sepe voluat̄. Tardat̄. n. inde digō: atqꝫ inflatio ⁊ rugitꝰ sentitur. Oꝫ itidē vt puluinar sit altū: ⁊ p̄cipue si cibꝰ nōdū ab ore stōi d̄scēderit. Sōni āt vtilitas: aīe aufert laborē: cāqꝫ reddit subtiliorez: atqꝫ cogitationē ⁊ rōnē q̄ hebetes erant ⁊ q̄si fesse subtiliat ⁊ acuit: corpisqꝫ fatigatōez mitigat: ⁊ digestiuā meliorē efficit: ac corpꝰ īpinguat: Multū aūt dormire corpꝰ desiccat ac tenerū efficit: flātis q̄qꝫ multitudinē in eo creat: ipm̄qꝫ infridat. Qd̄ ī corporibꝰ crossis ⁊ pinguibꝰ p̄cipue operat̄. Uigilie vero multe calorē ītēdūt ac formā corrūpūt: corpusqꝫ d̄siccāt atqꝫ colerā rubeā ī ipo augmentāt. Qd̄ p̄cipue operant̄: cū corpa sunt macra. Oꝫ itaqꝫ vt aīa vigilare nō cogat̄ cū dissoluta ⁊ stupida fuerit: neqꝫ ad dormiēdū incitet̄: cuz excitata atqꝫ subtilis ⁊ acuta fuerit: motusqꝫ leues ⁊ sensus fortes.

¶ De regimine cibi. CAP. IIII.



COmedere postq̄ȝ cibi p̄teriti fex inferius descēderit ⁊ ps ventris inferior leuis efficit̄: in q̄ nulla remāsit tēsio: ⁊ motꝰ p̄cessit cōueniēs: appetitiua q̄qꝫ preualet meliꝰ iudicat̄. Et p̄terea cauendū ne comestio postq̄ȝ appetitus affuerit: tardet̄ nisi appetitꝰ fuerit mēdosus: sicut ebrijs: ac fastiditis accidere solet. Sꝫ postq̄ȝ hō q̄ ebrius nō ē appetere inceperit: ⁊ cibꝰ q̄ p̄cessit neqꝫ multꝰ neqꝫ crossus fuit: ipa hora comedere dꝫ sine dilatiōe aliq̄: Hꝫ nāqꝫ meliꝰ ē. Si. n. comestio adeo tardet̄ q̄ ad appetitiua destruat̄ q̄ pus intēsa erat: sirupuz iulep vel acetosum vel

aquā calidā sumere dʒ:aut comestionē vna hora tardare
donec vomat vel assellet:aut appetitiua exciteť ⁊ redeat.
Quibꝰ rite peractis:comestio subseq dʒ. ¶ Ualde q̄q3 ca-
uendū cēsemus ne cibo adeo impleať hō: vt stōus tendať
vł multū graueť:aut anhelitus angusteť. Quapp si h̄ ali-
qñ acciderit:cibus sumptus añq̄z descēdat euomi dʒ. Qʒ si
euomi nō poterit:somnꝰ ⁊ motꝰ incremētū recipere debēt:
atq3 ea q̄ vētrē soluāt:sumēda sunt. Cibꝰ ꝑterea q̄ vti ꝯsue
uerat in sequēti die minuēdus erit. ¶ Et ēt sūmopere ob-
seruandū:vt cibos sibi ꝯsuetos qsq3 accipiat:⁊ totiēs edat
quotiēs cōsueuit:nisi ꝯsuetudo ꝑuersa fuerit: a q̄ oīo ꝑmu
tari gradatiʒ dʒ. Quā tñ nō repēte ſʒ ordinate paulatiʒ vi-
delʒ de illa ad bonā trāseūdo deserere dʒ. Ordo quoq3 in
comestione iste obseruari dʒ: vt sani iter diē ⁊ noctē ad mi
nus sel᷑:ad maius aūt vt bis i die: ⁊ qō tēperatius ē iter du
os dies ter reficiant. Semel aūt i die comedere: corpora
habētibꝰ macra ⁊ sicca:nocet. Bis ṽo i die refici:corpa ha-
bentes crossa ⁊ piguia ledit. ¶ Multo ꝑterea vtētes mo-
tu:ac multuʒ laborātes:maiori ⁊ crossiori idigēt cibo. His
aūt ꝯtrarÿs cōtraria iueniunť. Quapp cuiusq3 hoīs q̄ren-
da ē ꝯsuetudo:qsq3 ei cibus cōueniēs sit iterrogādū. Se-
pe.n.cōtingit: vt cibaria aliqua q̄ mala sunt aliqbꝰ cōueni-
entia reperianť: a qbꝰ ipsi sicut alÿ sibi cauere nō debent.
Et fortassis cibaria aliq̄ existētia bona:aliqbꝰ incōgrua in-
ueniunť: a qbꝰ penitus sibi cauere debēt. Si aūt sint aliq̄
cibaria aliqbꝰ cōueniētia q̄ ipsi appetāt:lʒ minꝰ bona sint:
appetitui tñ tribuēda sunt nisi oīo pessima fuerit. Non tñ
malis semꝑ vtēduʒ ē cibis. Quare si aliqs h̄ egerit:soluti-
uis medicis malos humores ex tali cibo generatos moue
re solitis vti dʒ. In hora ēt qua talē comedit cibū: aliqd cū
eo comedere: vł post ipʒ bibere dʒ: qō eū tēperet ⁊ minus
malū faciat: sicut si deus voluerit dicturi sumꝰ. ¶ Qʒ aūt
digō fit mala: ⁊ corrūpiť: inde est ꝙ cibi multi ⁊ diuersi in
vna sumunť hora: ⁊ ꝙ cibus crossus añ subtilē comediť:
⁊ ꝙ multa cibaria cū iure habēte micas panis accipiunť:
atq3 ꝙ iter ꝑncipiū prādÿ ⁊ finē mlta sit hora. Qʒ pre-
terea vt in hieme sit cibꝰ actualr̄ calidus in estate actualr̄
fridus. Est ēt abstinēdū a cibis calidissimis: q̄les sunt tūc
cū ab igne remoueńť: ⁊ ab illis q̄ sunt vehemētis frigoris:
sicut q sup niuē refrigeranť: qbꝰ nullus vti dʒ. Cibo.n.sup
niuē infridato: nullo mō ē vtēdū: nisi in tp̄e magni caloris:
corpe q̄si iflamato exñte. ¶ Meliores q3 hore ad sumē-
dū cibū hore sūt fride. Qʒ si hore fride eē non possunt: mā
siones saltim fride sint. Sint itidē hore comestionis: post
quas dormire ⁊ qescere possint. ¶ Fructus etiā si in pran
dio sumēdi sunt: añ oēm edēdi sunt cibū nisi sint de his q̄ i
stō multā faciūt morā: atq3 tardanť: in qbus ē ponticitas
⁊ acetositas: vt citonia ⁊ poma ⁊ mala granata. Si aūt de
his cā medicine sumere paꝝ voluerit: comedāt. Melius
tñ in cōseruāda sanitate iudicať: vt oēs recētes fructus di
mittanť vł pua ex eis sumať quātitas. Ex qbꝰ si multū co-
mederit cū medicis solutiuis ⁊ motu eis succurēdū ē. Est
etiā diligēter obseruāduʒ: ne recētibꝰ vtať fructibꝰ: nisi in
die quo multo vsi fuerit exercitio atq3 in stō ardor sentiť.
Est.n.ꝯueniēs vt i hac dispōne fructꝰ comedāt recētes: sic
sunt ficus: ⁊ vue: ⁊ pira: ⁊ mora: ⁊ crisomila: ifridata in aq̄.
Postq̄z aūt ꝑdictos comederit fructꝰ: aliq̄ iterposito spa-
tio: cibū quē debēt sumere edāt. ¶ A fastidio ꝑterea sum-
mopere ē cauendū. Qʒ si qs fastidiū passus fuerit: in eadeʒ
die minoret cibū: atq3 in sequēti silr̄ alleuiet cibū. Sed si
multis diebꝰ ⁊ cōtinuis fastiditus fuerit: medicinā bibere
dʒ nō multū solutiuā q̄lis ē ea q̄ stercus expellere: ac stōm
⁊ itestina: ⁊ epatis foramina mūdificare solet: sicut trifera
minor q̄ pigrā recipit ⁊ turbith. ¶ Uel pillule q̄ spēs reci
piunt redolētes: vł pillule de mastice ⁊ aloe cōfecte: vł dia
citonitē solutiuū. Uel elªriū laxatiuū de dactilis: vł scbe-
ri ebeçem ⁊ his silia. ¶ Sūt etiā hoīes in qbꝰ crossa bñ di
geruńť cibaria: ⁊ corrūpunť in eoꝝ stōis cibaria subtilia.
Istis ergo ea q̄ nō in stō corrūpunť tribuēda sunt: ⁊ q̄ dige
runť. Huic aūt dispōni habētibꝰ cōtrariā cōtraria danda
sunt. Et expedit vt plus nutrimēti illius in q̄ alicuiꝰ humo
ris generatio corruptibilis multiplicari solet sibi iferens
nocumentū: sit huic ꝯriū hūōi: ipm̄q3 generari ꝓhibeat.

¶ De regimine potus. CAP. V.



N potationis regimie obseruāda ē regula ne aquā ieiuni
vel sup mēsaꝫ nisi postq̄z comederit: ⁊ vētris su
perioꝛa alleuiata fuerit: sumere ꝑsumāt. Si tñ
ea cā repmēdi sitiʒ vti voluerit: nō ad satieta-
tē: sed paꝝ ex ea sumāt. Postq̄z ṽo vētris supioꝛa vt pꝛius
dictū ē alleuiata fuerit: cibusq3 ab eo descēderit: satiari ex
ea vł vino debēt. Sūmopere aūt cauēdū ē: ne aquā niuis
aliq̄ bibāt neq3 aquā in mēsa accipiāt: nisi fridā. Frida.n.
cū fuerit: pua ex ea sufficit quātitas. Ab aq̄ preterea niuis:
neruos habētes debiles: quoꝝ stōus ⁊ epar frida sūt: atq3
q in digestiōe sua inuenit diuersitatē: ⁊ cuiꝰ aia debil᷑ ac q̄
si ꝯsupta cerniť: sibi cauere debēt. Qui aūt carnosus fue-
rit: ⁊ sanguinē multū atq3 colorē rubeuʒ habuerit: quoꝝ ⁊
appetitiua fortis existit: nihil ab aq̄ timere debēt. ¶ Nul
lus etiā ieiunus aquā bibere dʒ: nisi q magnū hʒ ardoreʒ:
vel q ē ebrius: dʒ insup qsq3 ieiunus vł post balneū vł post
coitū: vł post fortē motū q hoīs anhelitū frequētē facit ca
uere ne multū aq̄ fride subito bibat. Sʒ paꝝ ex ea paula-
tim sumere dʒ. Qō eousq3 facere dʒ: donec illud remouea
tur accidēs: atq3 eius extinguať ipssio. Aqua etiā noctu
bibēda nō ē: si sitis mēdosa fuerit. Signū ṽo huiꝰ ē: ꝙ siti-
ens ebrius ē: vł qō iā bibit aquā sibi sufficiētē añq̄z dormi
ret: sicut cōsueuerat. Qʒ si cōtigat aliquē aquā multā bibe
re: ⁊ sitim augmentari a potu ipsiꝰ abstinere dʒ: atq3 sitim
multuʒ tolerare. Cito.n. remouebiť sitis. Hō aūt fameli-
cus ⁊ vacuꝰ: vinū bibere nō dʒ. Neq3 post cibū acutū: nec
post balneū. Neq3 post fortē motū. Neq3 post ciboꝝ satu-
ritatē: nisi postq̄z descēderit cibi. Neq3 post crapulaʒ neq3
vini tanta sumēda ē quātitas: vt ex ea graueť stōus ⁊ tēda
tur: nisi aliqs post eius potū sibi medicare velit. Debet ēt
quisq3 vinū eligere: qō sibi ꝯueniētius ē secūdū ꝙ diximꝰ
Diuersificať eniʒ vinū in suis spēbꝰ multipliciter. Freque
ti q̄z ebrietate nullo mō ē vtēdū. Malas.n.generat egri-
tudines. ¶ Una aūt ebrietas vł due in mēse auxiliū ꝑbēt
si nō sint cōtinue. Sitq3 cuiusq3 hoīs inclinatio ad ipʒ vel
ab ipso: secūdū ꝙ sibi cōueniētius ē. Sūt.n.q cibū sine vi-
no digerere nullo mō possunt: ⁊ sunt alÿ q a vino grauan-
tur: ⁊ in qbꝰ cibus cuʒ vino corrūpiť qbꝰ calorē atq3 reple-
tionē facit febremq3 cito inducit.

¶ De mūdificatiōe corpoꝝ a supfluitatibꝰ. CAP. VI.



T corpus a supfluitatibꝰ mundū ꝑma
neat valde studere cōuenit.
Qʒ vētris solōne ac vrine ꝓuocatiōe necnō mo
tu ⁊ exercitio fieri pt. Unūqōq3.n. istoꝝ aliq̄
superfluitatū speciē a corpe expellit. Quapp si
egestionē cōpatōe ciboꝝ assumptoꝝ paucā iuenerimꝰ: at-
q3 minorē q̄z esse ꝯsueuerat: vētrē cū aliq̄ re tēpata h̄ faci-
ente: soluere debemꝰ. Urinā q3 si minuať: silr̄ tēpate ꝓuo
care debemꝰ. Qʒ vinū subtile ⁊ sirupꝰ acetosus atq3 melo-
nū. ⁊ citrulorū semīa necnō ipʒ apiū: ⁊ feniculū: ⁊ cucume-
res: ⁊ citruli: ⁊ melones ⁊ his silia faciēt. Qñ āt qō ꝑ sudo-
rē expelli solet: minuiť: atq3 lōgū iā ꝑteryt tps: ex quo ma-
gno nō vsi fuimꝰ exercitio: neq3 aer circūdās ē calidus: cū
exercitio atq3 balneis sudoreʒ ꝓuocare debemꝰ. ¶ Et si
cōtingat vt cibis colere rubee generatiuis vtamur: rem
ipaʒ tēpate expellentē sumere debemus. sicut sunt mira-
bolani citrini: ⁊ pꝛūa: ⁊ tamarindi: ⁊ serū: ⁊ succus granato-

ruz cũ pulpa sua tritoꝝ. Or si cã errozis illud facere dimi/ serimus: donec humozis maxia quãtitas in nostris adune tur corpozib⁹ fortiozib⁹ tũc vti opoztebit medicis: quas in pte de curãdis egritudinib⁹ i locis illaꝝ noiatione dignio/ rib⁹ noiabim⁹: atq₃ tũc forti opoztebit nos vti medicia: sic q egritudines medicaꝝ: nõ sicut q sanitatẽ cõseruat. ¶ Si aũt cibus colerã nigrã generare solet: mirabolanos idos atq₃ polipodiũ necnon epithimũ sumere debem⁹. Et si flã generare solet: trifera minoꝛe pigrã ꝛ turbith recipiẽte: vl̃ el'ario ex çinçibere: ꝛ turbith ac çucharo facto: vti ꝯuenit. ¶ Stomachũ q̃q₃ si viderim⁹ quasi stupidũ ꝛ sine sensu: atq₃ appetitiuã destructã. ꝛ hõ iã ñ appetit nisi acuta: alia/ q₃ cibaria eũ grauãt ꝛ ꝑprie dulcia ꝛ vnctuosa vomit⁹ tũc hoc mõ ꝓuocandus erit. Prius comedat res salsas ꝛ sina/ pim aut siclam aut rafanũ: postea bibat sirupũ acetosum: vl̃ ydromel aut medicinas q̃ tẽperate purgare solẽt quas noiauim⁹. ¶ Corp⁹ aũt si qñ iflãmatũ atq₃ ad motões gra ue: colorẽ quoq₃ rubeũ ꝛ tactũ cal'm viderim⁹: venasq₃ ele uatas ac plenas cõspexerim⁹. Sanguinẽ minuere festina/ bimus atq₃ ciboꝝ mẽsurã minuem⁹: carnẽ q̃q₃ atq₃ vinuz necnõ oia dulcia dimittere cogem⁹ ꝛ nitemur ad ℏ vt oia cibaria sint põtica vl̃ acetosa. Or tãdiu fieri ꝯuenit donec ꝑdicta cessẽt accidẽtia. ¶ Uiri ꝑterea ac mulieres cũ ap/ petũt coire õbẽt. Qõ qdẽ faciãt nãe ñ r̃pugnãtes. ¶ Sũt etiã qdã alia q̃ sũma cũ diligẽtia fieri debẽt: vt dẽtiũ ꝛ gin giuarũ: ac labioꝝ cũ corticib⁹ radicũ nucũ fricatio: ꝛ garga rismus: atq₃ sternutatio in aliqb⁹ hozis. ¶ Supfluitatum quoq₃ nulla ẽ retinẽda. Ex retẽtiõe. n. vrine mingẽdi acci/ dit difficultas: Egritudines quoq₃ q̃ vesice in suis ptib⁹ so/ lent accidere: eueniũt. Egestio vo retẽta: vẽtositatẽ ꝛ tenas mon: atq₃ malã colicã: necnõ appetitiue destructionem ac fastidium generant.

¶ De mãsionib⁹ ꝛ domib⁹ siue hospitijs tẽpandis. VII.



Portet attẽdere ne i his locis sit caloꝛ talis: ex q̃ corp⁹ in sudorẽ resol/ uatur ꝛ humectationẽ: neq₃ frigus tantũ sit vt ex eo corp⁹ ꝯtrahat: ꝛ hoꝛripilet. Terra q̃₃ nõ sit mollis neq₃ humida: neq₃ multũ sicca: neq₃ sit sozdida: neq₃ puluerulẽta: s₃ sit iter has dispositões me diocris. Or erit si locus sozdidus ꝛ puluerulẽtus ita roreẽ aq̃ vt ex ea recipiat tempamẽtũ. Et si fuerit mollis: sup le/ ctos vl̃ in solario sedeaꝛ. Mansiões sicut ꝑdictũ ẽ tẽpera/ te corpozib⁹ quoꝝ sanitas ẽ ꝑfecta: ꝛ nã tẽpata ꝯferũt. Coꝛ pozib⁹ vo dispositionẽ his habẽtib⁹ ꝯtrariã: q. s. macra sunt ꝛ colerica mansiões molles ꝛ humide ꝯgrue existũt: si cũ hoc etiã fride fuerit. Sicce aũt ꝛ calide mãsiões: q̃ cũ hoc mollitiẽ nõ habeãt corpozib⁹ dispositionẽ istis habẽtibus cõtrariã auxiliãꝛ. Quib⁹ ille q ab istis diuerse ĩueniunꝛ: nocumẽtũ ꝑbẽt. Decet ꝑterea sũmopere caueri ne malus in eis sentiaꝛ odoꝛ. Qui si forte affuerit suffumigatiõibus erit emendandus.

¶ De significatione maloꝝ accidentium anteq₃ preuale/ ant ꝛ augeantur. CAP. VIII.

c

Apitulum hoc ex elemẽtis cõseruãdi sanitatem nobile existit. Et esset satis ꝯueniẽs vt in ipso multiplicaremus verba: ꝛ vsq₃ ad vnguẽ ea q̃ in ipo sunt cõside/ randa ꝑscrutaremur. S₃ q2 isti⁹ nostri libri in/ tentionẽ ꝑterire nolum⁹ in nullo suoꝝ morã faciem⁹ capi/ tuloꝝ aggregatiões: ꝛ sũmas apponẽtes paucas. Dicam⁹ igiꝛ q cũ capitis doloꝛ fortis ẽ ꝛ mãsiu⁹: vl̃ emigranea ve rendũ ẽ ne ad oculos aq̃ descẽdat ꝛ dilateꝛ pupilla. Qua/ ꝑꝑ si capitis doloꝛ diu ꝑseuerãdo grauiter ĩfestauerit: ne/ q₃ medicinis releuari poterit: ĩfirmãti succurrẽdũ erit cuz extractiõe artariaꝝ q̃ in timpozib⁹ pulsãt. ¶ Salt⁹ faciei diu ꝑmanẽs si mult⁹ fuerit ꝛ fortis oris torturã adeo poꝛ/ tendit vicinã: vt statiꝫ ĩuadere deãt. Postq₃ igiꝛ istud sen/ tiri cepit medicie vehemẽter solutiue: ac vomit⁹ ꝓuocati ue dari debẽt. Facies q̃q₃ cũ forti aceto qõ de vino factuz sit in q̃ mẽtastrũ sit decoctũ fricari ꝯuenit: ꝛ comestio ꝓua erit dãda. A vino ꝑterea oio abstinere o₃. Fortibusq₃ eũa/ tionib⁹: ac fricationib⁹: necnõ gargarismis ꝛ sternutatiõi/ bus vtẽdũ erit. ¶ Totius vo corpozis saltus mltus ꝛ diu ꝑmanẽs: spasmũ ꝓnosticaꝛ. O₃ igiꝛ cũ istud acciderit: foꝛ/ titer eũare ꝛ fricare corp⁹: ꝛ ipsi⁹ regimen subtiliare: medi/ cine q̃q₃ calide quas in suo noiabimus caplo dande erunt ¶ Stupoꝛ palisiꝫ poꝛtẽdit. Quapp cũ accidit: regimẽ sbti liãdũ erit: corpusq₃ cũ medicis acutis: quas i paralisis ca/ pitulo noiabim⁹: eũandũ erit. ¶ Faciei ꝛ oculoꝝ rubedo atq₃ venaꝝ in ipsis manifestatio ꝛ lacrimaruz descẽsus: ꝛ claritatẽ luminis patiẽdi impotẽtia. Oia hec si cũ forti ca/ pitis doloꝛe affuerit frenesis ꝓnostica erũt. ¶ Succurrẽ/ dũ igiꝛ erit cũ flõmia ac vẽtris solutõe. Caput quoq₃ oleo roseo cũ aceto mixto ĩfundẽdũ erit: totũq₃ corp⁹ ĩfridãdũ ¶ Incubus ꝛ vertigo si diu ꝑseuerauerit: forteśq₃ extite/ rint: epilepsiã ꝑtoꝛtẽdẽt. Nõ ẽ igiꝛ negligẽdũ, gn tal'r labo/ rantib⁹ succurram⁹ cũ his q̃ i caplo de epilepsia dicturi su/ mus. ¶ Tristitia absq₃ mãifesta cã diu ꝑmanẽs: ꝛ cordis malignitas atq₃ despatio melãcoliã significãt. Quapp suc currẽdũ ẽ: vt dicturi sum⁹. ¶ Cũ aligs añ oculos q̃si mus/ cas volare: vl̃ q̃si pilos stare aspexerit: vl̃ in circuitu coꝛuz q̃ aspicit quasi fumũ vl̃ vaporẽ viderit: ꝑncipiũ descensus aque inuiꝛ. Hoc igiꝛ diligẽter ẽ cõsiderãdũ vt in suo dictu ri sum⁹ caplo: ꝛ vt mediceꝛ ꝑperãdũ. ¶ Reumatismus ꝛ coriça si frequẽter euenerint ne ꝑtisis: vl̃ asma vl̃ pulmo/ nis ꝑueniãt passiões: timẽdũ erit. Ideoq₃ stati erit succur rendũ. ¶ Sudoꝛ multus ꝛ diu ꝑseuerãs: corpis significat repletionẽ. Subueniẽdũ igiꝛ erit cũ flõmia ac cibi pauci/ tate. Si aũt sudoꝛ male fuerit olẽs q febris sit iaꝫ vicina significat. Quapp ea q̃ rubeã soluãt colerã danda erunt. ¶ Cordis tremoꝛ fortis ꝛ freqũẽs: mortẽ poꝛtẽdit subita/ neã. Ideoq₃ cũ flõmia ꝛ medicis vẽtrẽ leuiter soluentib⁹ succurrere o₃. Repletio supflua timorẽ emoptoice passio/ nis future: atq₃ apoplexie: ꝛ mortis subitanee affert. Un/ de stati cũ flõmia subuenire o₃. Si sensuũ turbatio ac mo tuũ debilitatio cũ repletiõe affuerit: ne supueniat apople/ xia: timẽdũ erit. Succurrẽdũ igiꝛ erit cuz flõmia ꝛ garga/ rismo. ¶ Grauitas si i dextro fuerit latere apud costas po steriores punctura atq₃ tensio epatis significat lesionem. Subueniẽdũ igiꝛ erit: put i suo dicem⁹ caplo. ¶ Egestio plus solito tincta hictericiã significat. ¶ Facies ẽt ac pal/ pebre ꝛ extremitates si inflate fuerit: ꝑnosticabũt ydro/ pisim. ¶ Egestiõis fetoꝛ: fastidiũ atq₃ grauedinẽ q̃ existit in venis: ĩnuit. ¶ Fetoꝛ q̃ ẽ in vrina: putrefactionẽ signifi cat: ꝛ q febres euenire debent. ¶ Lassitudo ꝛ dissolutio cum destructione appetitiue febrem significant. ¶ Ap/ petitiue autem destructioet nausea innuunt coli cam. Succurrẽdum ẽ igitur cũ longo sõno ꝛ cibi abstinẽtia po/ stea cũ medicis quas ibi noiabim⁹. ¶ Grauitas ꝛ tẽsio in inferiozib⁹ vẽtris ꝛ ylioꝝ: cũ vrine a dispõne solita ꝑmuta tione: nocumẽtũ in renib⁹ ĩceptũ demõstrat. Jõq₃ cito suc currẽdũ erit. ¶ Urine ardoꝛ diu ꝑseuerãs: vesicã ꝛ virgã pustulis hereditabit. Subueniẽdũ igiꝛ erit: sicut in suo di cem⁹ caplo. ¶ Mollis egestio ani adustionẽ ac puncturã faciẽs dissinteriã demõstrat futurã. Subueniendũ ẽ igiꝛ. ¶ Prurit⁹ ani futuras significat emoꝛroidas: si nõ cã ver miũ ꝑuoꝝ ꝛ multoꝝ ibi existẽtiũ cõtingat. ¶ Ex multitu/ dine ademenul magne exiture aduent⁹ timeꝛ. ¶ Ex mul tis nodis magne collectiõis suspitio exoriꝛ. ¶ Moꝛphea alba: albaras albe timorẽ ĩducit. ¶ Multus faciei ruboꝛ cuz obfuscatiõe ꝛ anhelitus angustia ꝛ vocis raucedo: le/ praꝫ aduentare q̃ iã incepit accedere timere faciũt. ¶ Si

aũt aliq̃ dispositionũ corpis sanũ pter solitũ pmutata fue/
rit: vt.s. appetitiua fortior vel debilior existat: vl' excuntia
a corpore plura sint vel pauciora: vel somnꝰ longior sit aut
breuior: vel agitatio vl' etiã insõnietas adsit: vl' sudor pter
solitũ ex corpe ocurrat: vl' ea q̃ a corpe manare solita erãt
retineãt: vt emoroidaꝝ ⁊ mẽstruoꝝ sanguis atq; sanguis
vomitꝰ q statutis diebꝰ euenire solitꝰ erat: vel sanguis q ex
naribꝰ fluere cõsueuit: vl' si totius corpis dissolutio fiat: vl'
ingenỹ pigritia: aut ĩ ore extraneꝰ sentiat sapor: aut ea que
nõ cõsueuerũt delectationẽ afferãt: aut ecõtrario: aut co/
eundi desideriũ aliqs augmẽtari sentiat: vl' diminui: vl' in
somno occurrat somniũ qđ nõ cõsueuit euenire: vl' corpis
color cõuertat ⁊ muteꝶ: aut tactꝰ pter solitũ: ⁊ vltimũ cuꝫ
aliqđ nõ assuetũ acciderit ⁊ pmãserit: ac augmẽtari cepit
egritudinẽ pnostieabit futurã. Quãobrẽ cuiuslibet predi
ctoꝝ cã subtiliter ẽ inuestigãda: ⁊ ad eius sanatiõeꝫ festinã/
dũ. ¶ In corpe q̃q; si q̃n repletõis significatio visa fuerit
in ipius flõmia elaborandũ erit: ac comestio minuẽda. Et
si q̃n alicuiꝰ humoris dominỹ significatio apparuerit: suc/
currẽdũ erit cũ solõne eius: ⁊ cũ medicis qbꝰ hõ humor ex
corpe duci cõsueuit. ¶ Preterea si ifirmitas alicui cũ pe/
riodo nota supuenire cõsueuit: añq̃ pxismi hora accedat
flõmari oꝫ: vel qđ assellare faciat tribuẽdũ: oĩa quoq; alia
que post egritudis aduẽtũ fiunt exerceri debẽt: queãdmo
dũ in suis si deus voluerit capitulis dicturi sumus.

¶ De cogitationibus anime. CAP. IX.



Ecunq; ex illis animam gaudere atq; letari facit: robur viribus tribuit ⁊ nãm excitat: ⁊ in suis adiuuat actiõibus oĩbusq; sanis confert: nisi his q carnis minora/tione: eo q supflua sit indigent. Qui tñ sani nõ existũt ecõtrario. Que võ tristari facit: oĩbꝰ sanis nocumẽ/tũ infert: exceptis his q carnis indigent minoratione.

¶ De cõseruatione consuetudinum. CAP. X.



Onsuetudines cõseruare: ⁊ secũdũ eaꝝ icedere regulaꝫ nisi sint pessime oꝫ. Qñ ergo sunt sic ab eis paulatim ac ordinate ẽ recedẽdũ. Quapp q̃sq; cauere oꝫ: ne alicuiꝰ rei sibi cõsuetudinem faciat: quã ipꝫ obseruare oporteat: ex cuiꝰ obseruatõe pstrictõeꝫ patiaꝶ. Ut si qs vno cibo cõsuete semp vtaꝶ: vel aliq̃ potu vel oĩo ab eis abstineat: vl' dormire vel moueri: vel egredere vel coire cõsuescat: ⁊ ex aliq̃ istoꝝ grauiter cõstringaꝶ: maximũ incurret nocumẽtũ si ab eis abstinuerit. Quapp quisq; corpꝰ suũ sic disponere oꝫ: vt caloris ⁊ frigoris patiens eẽ possit: ⁊ ad motiões ⁊ cibaria sibi necessaria aptum reddaꝶ: ⁊ vt sõni ⁊ vigiliaꝝ horas: atq; mãsiones ⁊ domos sine lesione permutare possit. Fortassis eniꝫ ex necessitate hoc agere cogetur.

¶ De his qui a cibis inconuenientibus nocumentum expellunt. CAP. XI.



Aluus existit a ciborum malitia: q nõ eis vtiꝶ. Or si aliquẽ eis vti cõtingat: sibi subuenire oꝫ: katarticuꝫ humorẽ ex eis generatuꝫ expellẽs sumẽdo: Multotiẽs tñ aliqs eoꝝ euadet nocumẽtũ si ea tẽpauerit. Temperari aũt possunt si ante ea vel post ipa aliqd qđ eoꝝ reprimat malitiaꝫ: ac digerẽdo ducat ad tẽpiem edaꝶ. Ut si qs dulcia diligat a qbꝰ tñ ledaꝶ: post ipa sirupuꝫ valde acetosum bibat: vl' acetũ cũ aq̃ vl' comedat post ipa mala granata acetosa: ⁊ ad sũmũ q̃libet sumat acetosa: ⁊ flõmia vti incipiat: ⁊ catartico colere rubee solutiuo. Sꝫ q cibaria diligit acetosa: sic ẽ caro cũ aceto cocta: ⁊ alcharis: ⁊ almosos. ⁊ his silia: ex q̃ꝝ esu ɔtrahaꝶ nocumentũ: post ipa comedat mel: ⁊ vinũ vetus ⁊ forte bibat. ¶ Quibꝰ võ vnctuosa nocent cibaria: post ipsa pontica ⁊ stiptica atq; amara ⁊ salsa ⁊ acria comedere debẽt sicut sunt lẽtes: ⁊ glãdes ⁊ almuri ⁊ garus: ⁊ cauguamich q̃ sale cõdiunꝶ: ⁊ cepe ⁊ allia. Quibus aũt ista nociua existũt: ipsoꝝ refrenare malitiã debẽt cũ vnctuosis ⁊ humidis ac solutis. ¶ Sꝫ qbꝰ crossa incongrua existũt cibaria vt triticũ cũ aq̃ simplici coctũ: vl' cũ lacte: ⁊ his silia: ⁊ tñ ex eis edũt añ ea vl' post ipsa de almuri paꝝ sumere in potu debẽt: motũ quoq; ⁊ exercitiũ augere cõuenit: atq; diaciminũ: ⁊ diatrion pipereõ sumere ɔueniens ẽ. Qui si ex eis multũ comederit: vẽtreꝫ forti medicina flã expellẽte soluere debẽt. ¶ Si qs aũt in epate grauedinẽ atq; puncturas pp crossoꝝ ciboꝝ comestionẽ pati solitus ẽ: sirupũ acetosum cum multis radicibus ⁊ seminibus factũ assidue bibat. ¶ Si qs pterea ex recẽtibꝰ fructibus multũ comederit: sirupũ acetosuꝫ post esuꝫ dulciũ sũat: vt sunt rotab ⁊ musa ⁊ melões dulcissimi ⁊ ficus. post acetosoꝝ võ ⁊ stipticoꝝ comestiõne bibat ydromel: nisi iõ comederit vt sibi medicareꝶ: post quos si iflatiõne fecerit diaciminũ sumere cõuenit: ⁊ vinũ vetus ⁊ forte bibere: ⁊ aquaꝫ seminũ ⁊ his silia. ¶ Post fructꝰ aũt siccos ⁊ quoꝝ tñ iteriora comedunꝶ: q̃ comedẽtes calefacere cõsueuerũt: sirupũ valde acetosuꝫ ⁊ apoçimata q̃ fiũt ex succis fructuũ acetosoꝝ ad spissitudinẽ decoctis bibere ɔueniẽs ẽ ⁊ cibaria edere acetosa. ¶ Post fructꝰ aũt q iflare ⁊ appetitũ auferre ac disturbare ɔsueuerũt miua sumẽda ẽ. Postea aũt comedat diaciminũ: ⁊ diatriõ pipereõ: ⁊ çinçiber cõditum. ¶ Aqua võ crossa q̃ tarde descẽdit neq̃quã absq; vino ẽ bibẽda. ¶ Si qs pterea aquã niuis sepe ĩ potu sũpserit: oꝫ vt adeo sepe intret balneũ: quoad sudet: ⁊ incipiat sumere medicias vẽtris solutiuas: quas cũ de neruoꝝ tractabimꝰ egritudinibus nominabimus.

¶ De illis q̃ nocumẽtũ a vino illatũ auferũt. CA. XII.



I vinũ epatis ac totiꝰ corpis calefactiuũ existat: multe aq̃ ammixtionẽ habẽs bibẽdũ ẽ: post qđ granata acetosa sũt edẽda ⁊ acetositas citri sumẽda: ⁊ his silia. Ipsum q̃ꝫ tũc erit bibẽdũ q̃n cibaria comederit acetosa: sic ea q̃ vue acerbe succuꝫ habẽt ammixtũ: ⁊ eis silia. Or si qs ex vino graueẽ capitis incurrit dolorẽ: vinũ nõ bibat nisi clarũ. qđ multe aq̃ habeat ammixtionẽ. Et dũ ipꝫ bibere appetit citonia ⁊ his silia stipticitateꝫ habẽtia edat. Deinde võ post ipsiꝰ potũ: cibarỹs vtaꝶ leuibꝰ ĩ qbꝰ stipticitas sit ⁊ vaporis extictio: sicut sunt cibaria ifridata: vue acerbe succũ habẽtia: ⁊ his silia. Si qs vẽtris iflatiõne vl' dolorẽ patiaꝶ: vinũ purũ bibat: aut paꝝ ammixtũ: cũ quo nihil crossitiẽ habẽs comedat: neq; post eiꝰ haustũ comedat.

¶ De illis q̃ vice vini in potu sumunꝶ. CAP. XIII.



Inum stõm ⁊ epar calefacit: inflationem quoq; dissoluit: cibũq; digerit atq; vrinã pūocat ⁊ vẽtrẽ soluit: ⁊ pp hoc aĩam letificat: ⁊ gaudere facit. Nũc aũt postremũ bonitatis vini modũ nõdũ ĩuenimꝰ aliqd: qđ vicẽ vini cõpleat. In alỹs aũt modis q̃nq; repiri pñt q̃dã vini vicẽ supplẽtia: lꝫ in his opationibꝰ vino debiliora existãt. ¶ Sirupꝰ calefaciẽs stõm: ⁊ epar ⁊ remouẽs iflatiõnẽ: ⁊ cibi adiuuãs digõnẽ ⁊ nutrimẽtũ penetrare faciẽs. ℞. mell' apũ lib. i. aq̃ lib. vi. Hec mixta tãdiu coquanꝶ ⁊ spumeꝶ donec iulep teneãt silitudinẽ. Deide ĩ vna lib. huiꝰ ydromellis qđ remãsit: puluis subtilissimꝰ in pãno lineo subtili ligatus: q. ℞. çinçibis piperis nigri ⁊ longi: cinamomi masticis gariofiloꝝ spice añ. ʒ. i. manibꝰ exprimaꝶ: dũ adhuc bñ calet: ⁊ in ipso manere dimittaꝶ. ⁊ sic postea bibaꝶ. ¶ Sirupus ventris solutiuꝰ. ℞. ficꝰ albas: qbꝰ aq̃ decuplũ sup fundaꝶ: ⁊ tãdiu coquanꝶ donec dissolui icipiãt: ⁊ p nocte vnã dimittaꝶ: postea võ colenꝶ: ⁊ ĩ colatura illa mel ad sue mediocritatis mẽsurã ponaꝶ: ⁊ bulire dimittaꝶ: donec ad iulep redeat silitudinẽ ⁊ reponaꝶ. Sũt aũt q̃dã q vnicuiq; libre

huius sirupi.ʒ.ij.lactificij ficulnee admiscēt vt ventris solutiuus magis existat.

¶ De iuuamentis ⁊ nocumentis flobotomie ⁊ quomodo debeat fieri. CAP. XIIII.

EX frequenti sanguis extractiōe complexionis malignitas: ⁊ ydropisis ac festia senect⁹: ac appetitiue destructio. Pulsusq̧ puitas. ⁊ stōi ac epatis ⁊ cordis debilitas: tremor q̊q̧ ⁊ paralisis: necnō apoplexia: ⁊ postremo oīuz virtutū nāliū imbecillitas: sepissime euenire solēt. Ex negligētia aūt extractiōis eius cuz aliqs ea indiget: accidūt denemul: ⁊ apata: ⁊ exiture: ⁊ febres cōcluse: ac frenesis: ⁊ pleures: ⁊ variole: ⁊ morbillus: ⁊ passio emoptoica: ⁊ mors subitanea: ⁊ pestilentia: atq̧ apoplexia sanguinea: de q̄ facies viridis appet: vl' nigra ⁊ sinanchia: ⁊ lepra. Flōmia pterea magna existit medicia: in sanitate cōseruāda valde pficiēs: ⁊ ad egritudinū curationē cōgruens: si vt oz fiat. Qui vͦ flōmiā plus alijs tolerare possunt sunt hi in quoꝝ corpib⁹ vene manifeste cernunt ⁊ ample. Et quoꝝ corpa pilosa ⁊ bruna. vl' rubea vl' recētia ⁊ carnosa cōspiciunt: nisi pinguia fuerit. Sint etiam qui flobotomantur: iuuenes vel senes. ¶ Infantes enim vl' decrepiti flōmandi nō sunt: nisi magna īminēte necessitate. Qui vͦ ea multū indigēt: hi sunt qb⁹ pustule: ⁊ maxia apata: atq̧ a denemul accidūt: ⁊ febres. His quoq̧ necessaria ē flōmia qui multa carne ⁊ vino ac dulcib⁹ vti ɔsueuerūt. ¶ Illi vͦ a flōmia abstinere debēt: qui stōm ⁊ epar hn̄t debilia: atq̧ qb⁹ frīde accidere solēt egritudīes. Nō eniz isti absq̧ magna flōmādi sunt necessitate. Alia vͦ q̄ de flōmia scienda sunt: iaz in suo dicem⁹ caplo. ¶ Est ēt sūmope in flōmia cauenduz: ne in tpe calidissimo multa sanguis fiat extractio neq̧ in tempore frigidissimo.

¶ De iuuamento purgationis ⁊ eius nocumento ⁊ quomodo debeat fieri. CAP. XV.

ℂ De eo qđ in aure figitur ab exterioribus ingressum. CAP. XXXVI.

Cum aliquid figitur in aure: oleũ tepidũ est immittenduz: ⁊ patiens balneũ ingrediens ibi morã faciat: donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus insuffletur condisi: ⁊ teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur. Forsitã enim sic egredietur. ℂ Si autẽ fuerit difficile: ⁊ nõ exierit: erit necesse vt cũ ferro auri immisso extrahatur. ℂ Qđ etiã in naribus est faciẽdũ si quid eas ingressum fuerit: qđ extrahi nõ possit. ℂ Qr si aqua intrauerit capite ad partẽ auris illius inclinato saliat eger: ⁊ si nõ exierit prouocetur sternutatio vt diximus: Deinde tepidũ multotiẽs immittatur. Neq3 hoc pro paruo est habendum: ⁊ precipue si res malã habens qualitatẽ ingressa fuerit. Ex ea nãq3 grauis: sequetur dolor.

ℂ De sanguie ex narib⁹ fluente. CAP. XXXVII.

Ex his que sanguinis ex naribus fluxũ retinẽt: est succus albedarugicũ camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. ℂ Confert eniz ei qui hanc passionẽ incurrere solitus est ante eã iniectus. ℂ Aut in hora egestionis. ℂ Aut sumatur gipsum: cinis carte de panno: galle: sanguinis draconis cabo: çegi: ⁊ puluerizata naribus insuffletur. ℂ Aut liciniũ in eis intinctũ mittatur in nares. ℂ Aut alumen iameni puluerizatũ: vt alcobol cuz amilo eiusdẽ quantitatis naribus insuffletur. ℂ Qr si adhuc vehementer manauerit: superiores adiutorior partes apud ascellas cũ instita: ⁊ coxe apud inguina ligentur: ⁊ testiculi similiter sunt ligandi. ℂ Si vero passio inualuerit: flobotometur cephalica eiusdez partis de qua fluit sanguis. ℂ Si autẽ nec hoc modo strictus fuerit: magne ventose cũ igne supponãt ventri ab ea parte de qua fluit sanguis. ℂ Medicamen qđ vehementer valet ad sanguinẽ cõstringendũ. Sumatur calx alba ⁊ leuis qua vtuntur aurifices ⁊ sepe naribus insuffletur sine interpolatione: ⁊ liciniũ albumine oui illinitũ ea inuoluatur ⁊ naribus immittatur.

ℂ De vlceribus narium. CAP. XXXVIII.

Cum in naribus fuerit escare: cera ⁊ oleum ac adeps gallinaceus eis immittantur: ⁊ aquã calidã naribus in mane multotiẽs per aliquot dies odoret. Cumq3 pustule egredi ceperit: liciniũ aceto forti infusuz in quo sal positũ sit narib⁹ immittatur: ac super eas similiter ponatur. Siccabunt enim ex hoc ⁊ nõ prolongabit eor mora. Qr si vlcera ibi affuerint: ex vnguẽto de cerusa curent.

ℂ De emoroydib⁹ q̃ nascũt ĩ narib⁹. CA. XXXIX.

Cum intus in naribus caro superflua mollis: ⁊ quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: ⁊ nares igrossari ceperint. ac ex carne p̃dicta repleri: cephalica prius erit flobotomanda: deinde liciniũ ex vnguẽto viridi qđ in capitulo de corrodentibus carnem nominauimus: liniendum ⁊ naribus erit immittendum. ℂ Si vero istud non suffecerit: medicamen acutum qđ ibi descripsimus apponatur: donec ex toto mũdificet. ℂ Hec

preterea passio quãdoqꝫ cum ferro curatur radicitus omnino incidendo. ¶ Medici tamẽ quandoqꝫ in hoc errãt: nam ex eorum cura eger maximum incurrit nocumentũ In hoc namqꝫ loco cancer plerumqꝫ exoritur. Ueruz cancer quando in hoc nascitur loco: neqꝫ acutas tolerat medicinas neqꝫ incisionem que fit cuz ferro. Immo indiget vt suauiter tractetur ꝛ medicaminibus lenientibus: ꝛ flobotomia ꝛ ventris solutione curetur. ¶ Cognoscit͛ ãt an illud accidens sit cancer quia est durus pertingens quandoqꝫ vsqꝫ ad palatum. Sed cum nares sicce sint ꝛ dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendum ẽ ne hec egritudo: aut ei similis ferro aut acuto medicamine tangatur. Sin autem qꝺ in naribus exoritur caro mollis est fluxerintqꝫ ex eis humores: ꝛ cum nares stringuntur inueniuntur molles: ꝛ cum tanguntur tactus nõ sentitur solidus: non est timenduz quin ex medicaminibꝰ acutis ꝛ ferro mederi possint.

¶ De amissione odoratus. CAP. XL.

Cum sensus quo odoranda precipiuntur amissus fuerit neqꝫ in naribus caro superflua creuerit: ꝛ aer ita leuiter vt prius attrahitur: ꝛ oculi ac sensus naturaliter existunt naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis vt alcohol: qui fiat ex condisi ꝛ arthanita: ꝛ sale armoniaco. ¶ Egro quoqꝫ precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autem hoc nõ suffecerit: qꝺ noiabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec est. ℞. nigelle fellis gruis: colloquintide ellebori albi omnium ana partes equales. Puluerizentur ꝛ ponantur in vrine cameli arabici quantitate tanta que ea cooperire possit: ꝛ ponantur ad solem donec siccentur. Deinde fiant ex eis sief. Cumqꝫ necesse fuerit: vnum ex eis lentis habens magnitudinem in oleo sansucino intinctum naribus immittatur. Optimuz eniz ad hoc existit. ¶ Si autem ex hoc qꝺ naribus immittit͛ fortis sequatur dolor: oleum de semine cucurbite eis immittatur: ꝛ aqua calida super caput fundatur: ꝛ sorbeat calida ea que humectant: vt ptisana: ꝛ qꝺ fit de aqua furfuris: ꝛ de farina ꝛ similia. Et hoc quidem est medicamẽ ad amissionem odoratus probatissimum: qꝺ sic conficitur. nigella puluerizetur: donec fiat vt puluis: ꝛ misceatur cuz oleo veteri. Deinde eger implens os suum aqua reclinet caput retro quanto plus poterit: ꝛ tunc ex predicto medicamine aliquante gutte naribus distillẽtur. ¶ Egro quoqꝫ precipiatur vt quantum ei possibile est aerem extrinsecum interius attrahere nitatur. Qꝛ in tribus diebus tribus vicibus fieri conuenit. Si autez mordicatio superuenerit: fiat hoc qꝺ nominauimus.

¶ De dolore dentium. CAP. XLI.


SI gingiua cum dolore dentium fuerit sanguinolenta: ꝛ apostemosa: ꝛ rubea fueritqꝫ apostematio cum pulsatione extrahatur sãguis cuz ventosis flobotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deĩde hora aliqua diu acetum ꝛ oleum roseũ teneat: qꝺ postqꝫ eiecerit: idẽ iterum faciat. ¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: ꝛ si ex hoc non euaserit: fueritqꝫ pulsatio vehemens ꝛ cuz inflammatione: camphora ꝛ piretrum terantur: ꝛ in radicibus dentium ponantur. Cumqꝫ dissoluta fuerint iteruz mittantur. Cotum quoqꝫ oleo roseo illinitum desuper ponatur. ¶ Qꝛ si dolor aliquando augmentatur ꝛ vehemẽtior fiat: opy sexta pars. ʒ. i. in oleo roseo dissoluatur. Ex qꝺ cotum illinituz radici dolentis dentis adhibeatur. ¶ Si autem nec dum sedetur: locus scalpellandus est: ꝛ sanguisuge superponende sunt. ¶ Gingiua vero si nõ fuerit sanguinolenta neqꝫ apostemosa neqꝫ dolor est cum pulsatione: neqꝫ in facie fuerit inflãmatio aut dolor acciderit post fastidium ꝛ satietatem ꝛ post cenam comeditque ex cibo frigido multuz: venter egri ex pillulis cochys soluendus erit: ꝛ dolentium dentiuz radices ex hoc medicamine fricande: qꝺ sic fit: Sumatur piretrum sinap. sceitaragi indi baurac piper. ciziber: ꝛ ex eis puluerizatis dentium fricentur radices. Cotum quoqꝫ eis illinitum super dentiuz radices ponatur. Postqꝫ eger os ex aceto in quo piretruz ꝛ mentastrum atqꝫ origanum cocta fuerit colluerit. ¶ A foris preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum: super maxillam est ponendũ. ¶ Aut ex piperis puluere melli commixto dens ꝛ eius radix fricetur. ¶ Et si hoc non suffecerit: in dentiuz radicibus hec tyriaca ponatur. que. ℞. castorei: asse piperis: ciziberis storacis: opyoium: partes equales. Cõficiatur ꝛ admistretur. ¶ Eger preterea per aliquantulum temporis a comestione abstineat mane atqꝫ famelicus ingrediatur balneum: ꝛ vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corrosus fuerit: repleatur ex medicaminibus qꝫ nominabimus: ꝛ que sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahẽtibꝰ dẽtes ꝛ ꝯfringentibꝰ. CAP. XLII.


MEdicamen qꝺ in dente corroso ponit͛: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumãtur kebikegi: ꝛ piper: ꝛ trita ex alcatrano: ꝯspergãtur ꝛ impleat͛ ex eo. ¶ Medicamen qꝺ dentes debiles ac dolẽtes qui sunt extrahendi eradicat. ¶ Cortices radicum mori: ꝛ radicum capparis: ꝛ piretrum: ꝛ lac titimali: atqꝫ lac aññ. bulle: ꝛ arsenicum rubeum: ꝛ radix colloquintide sumantur: ꝛ trita ex tanto aceto qꝺ eis sufficiat conspergant͛. Acetum quoqꝫ per hebdomadaz vnam semel in die vt prius addatur. Post hoc dentes in circuitu scalpellent͛ ꝛ ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: ꝛ sic extrahantur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: ꝛ postea extrahantur. ¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. Cumqꝫ necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: ꝛ ex oleo multotiens inungãtur: donec facile moueri possint: postea cũ instrumento extrahendi dentes euellãtur.

¶ De dẽtiũ cõgelatiõe ꝛ stupore. CAP. XLIII.


POrtulaca ꝛ amigdale amare masticẽtur. Aut his similia. Aut fiat fricatio cũ sale ꝛ masticetur cera.

¶ De dentibus qui dolent cum a re frigida tanguntur. CAP. XLIIII.

OLeum calefactum in panno desuper est ponendum. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. ¶ Aut calidum panẽ multõtiẽs mordeat. ¶ Aut fiat fricatio ex balsamo. ¶ Aut ex oleo de lilio siluestri.

¶ De cola. CAP. XLV.


SI pustule fuerint rubee: sumant͛. Antere amili: spody lentium excorticatarum seminis portulace: coriandri sicci seminis sene de mecha: omniũ aññ. partes equales camphore parũ. Ex his puluerizatis fiat fricatio ꝛ cum aceto mixta: ꝛ oleo roseo ꝛ aqua rosata in ore teneantur: ꝛ sanguis minutio cuz vẽtosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cum sale ꝛ melle fricentur: ꝛ sirupus acetosus in ore teneat͛. Aut almuri.

De gingiuis sanguinolentis. CAP. XLVI.

Cum ex gingiuis sanguis subtilis assidue manauerit: vtriusque arsenici. s. rubei et citrini: calcis: gallarum. Aluminis omnium partes sumantur eque les: ex quibus puluericatis et cum aceto mixtis parui formentur trocisci. Cumque necesse fuerit ex eis pulvericatis sumatur quantum est sexta pars. ℥. i. et fricentur gingiue ex eo optime: et permaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseum in ore. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curandam et putredinem: et herpetem estiomenum qui est in ore.

De casu vuule. CAP. XLVII.

Cum eger senserit aliquid radici lingue sue insistere. aut gutturi: et cum iubetur aperire os et extrahere linguam videris vuula eius iam esse fluxa et elongata: ramech et sal armoniacus sumantur: et bene puluericata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: et ex eis in summitate predicti instrumenti aliquid ponatur et radici vuule cum eo dirigatur: et ipsa cum instrumento parum exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: et fiat ex eo gargarismus. Quod si diu permanserit taliter et elongata fuerit. Eiusque pars superior subtiliata et caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauendum tamen est ne antequam ita vt diximus sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoque sanguinis fluxus qui constringi non potest.

De sanguisugis que ingrediuntur guttur. CAP. XLVIII.

Cum aliquis in gutture suo titillationem senserit: et sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tunc sanguisugam in ore esse: et precipue si aquam loci quo sanguisuge fuerint biberit. Os igitur egri est aperiendum: et lingua extrahenda et inferius premenda et guttur in sole est inspiciendum: et si sanguisuga in loco propinquo pendere visa fuerit cum forficibus quibus sagitte educuntur extrahenda erit. Quod hoc modo fiet caput a quo pendet est stringendum: et sic extrahatur. Quod si non fuerit manifesta eger multotiens gargaricet sinapim cum aceto: quia de loco in quo est mouebitur. Aut fiat gargarismus ex aceto et assa: aut ex aceto et sale. Nigella preterea et sinapis trita insufflentur gutturi: fiat etiam gargarismus ex succo cepe. Si autem post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio: fiat gargarismus ex apocimate in quo cortices granati: et balaustie: et sumach cocta fuerint: et gutturi insuffletur puluis de balaustijs et thure et sanguine draconis et amido. Si autem sanguisuga stomacho annexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur sumantur in potu. Ex his etiam que sanguisugam exire faciunt: est vt eger balneum ingrediatur et moretur in eo donec magnam patiatur sitim: et tunc aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilicet in ore aliquamdiu teneat. Cumque ceperit tepefieri: eam expellat: et aliam sumat. Sanguisuga enim quandoque venit ad os frigiditatem querendo.

De his que guttur ingrediuntur siue sint spine siue os. XLIX

Cum illud quod guttur ingreditur et infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile. De his que non habent frusta scissa contenta in eis aut acuta confert plerumque percutere egrum in collo. Posterius multotiens: et aquam sepe traycere. Fortasse enim descendet inferius. Eger quoque balneum ingrediatur et oleum multotiens trayciat. quod postquam factum fuerit: magnos deglutiat bolos. Quod si non descenderit instrumentum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: quod cum sit reti simile: est longum gibbositatem in se habens.

De grauedine lingue. CAP. L.

Cum lingua absque alijs membris grauedinem passa fuerit: et eger neque febrem neque acutam incurrerit egritudinem: sal amoniacus: et piper: et cinciber: et sinapis alba: ac piretrum et stafisagria: et baurach: atque origanum: et sal indum: et nigella: et sansucus siccus: sumantur et in aqua coquantur: et fiat ex eis gargarismus. Caueat tamen patiens ne ex eo aliquid trayciat: aut eger ieiunus multis diebus gargaricet almuri nabati: aut fiat gargarismus ex aceto et piretro. Postquam vero gargaricare cessauerit sumantur salis armoniaci: piretri: piperis: sinapis: omnium partes equales: et ex eis bene puluericatis: lingua diutius fricetur. Quod si cum lingue grauedine: auditus ac reliquorum sensuum grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio secundum doctrinam qua paralisis curatur. Si autem loquela in acutis febribus aggrauata fuerit: et videris ipsam cum grauitate in loquela extenuatam: et abbreuiatam et spasmatam: aqua calida ab alto super spondiles colli: et auris principia fundatur: et cum oleo fricentur. Eger quoque oleum tepidum in ore tenere debet et si diu est ex quo loquela minui non cessauerit: vel etiam semper considerandum est an ligamentum quo inferius lingua connectitur maius sit quam debeat. Quod si ita fuerit ex eo parum est incidendum: et cegi puluericatum immittendum.

De lingua que adeo tumescit vt per os egrediatur. CAP. LI.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pre magnitudine os egrediatur: fricanda est ex cepis: aut ex citri acetositate. Aut cum ribes: aut ex granato acetoso donec saliua multa ab ea profluat. Hoc nanque modo detumescet: et ad primam redibit mensuram. Si autem non sufficit: fiat fricatio ex sale et aceto. Et si necdum sufficit: fiat minutio ex vtrisque cephalicis prius: et postea ex venis que sunt sub lingua.

De glandula que sub lingua nodatur et vocatur ranula. LII.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit in principio ex sale armoniaco et gallis fricanda est. Si autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est: quod est medicamen acutum. Eger autem acetum et salem in ore teneat.

De apostematibus accidentibus in lingua. CAP. LIII.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nominauimus. et sinantia sanantur.

De sinantia. CAP. LIIII.

Cum in glutiendo sentitur angustia adest passio que sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas secundum angustie quantitatem deprehendi potest. Cumque cum trayciendi angustia fuerit in facie et oculis rubedo et repletio: in principio curationis cephalica flobotometur et gargarismus ex succo granati muci cum carnositate sua fiat. Aut ex rob mori domestici seni: et post hoc fiat gargarismus cum aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Quod postquam per tres dies sic factum fuerit: et venter ex succo fructuum sicut prunorum: tamarindi: cassie fistule: et tereniabin solutus fuerit: fiat gargarismus ex apocimate ficuum citrinarum et passularum. Aut ex medula cassie fistule cum idromelle. Quod si passio inueterauerit: ex gargarismis et insufflatione fortium medicaminum que dictu-

ri sumus curanda erit. ¶ Si autē in facie nō fuerit rubedo fluxeritq̄ ab ore saliue multitudo: ⁊ eger fuerit humectatus: in principio soluatur venter ex cochys: ⁊ fiat enema ex clisteri acuto qđ in capitulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cum tñ passio inceperit: fiat gargarismus ex sirupo acetoso: aut cū idromelle ⁊ pipere ⁊ oximelle: ⁊ deinde ex almuri nabati. Fiat etiam gargarismus ex idromelle ⁊ sinapi. ¶ De his preterea que male sinanchie cōferunt: est vt ex venis que sunt sub lingua fiat minutio: et vt ventose absq̄ scarificatione in collo ponantur. ⁊ epithimetur collum ex melle anacardino donec vesice in eo generentur: ⁊ fiat gargarismus cum sinapi: ⁊ gutturi fiat insufflatio: ex hoc medicamine qđ sic fit. Sinapis sal āmoniacus: piretrū: nitrū: assa piper mentastrū sumatur: ⁊ ex eis cum idromelle fiat gargarismus.

¶ De tussi. CAP. LV.

Cum tussis acciderit: fueritq̄ aspera ⁊ sicca: ⁊ cum rubedine ⁊ calore egro muroba violatū ⁊ ptisana tribuenda erunt: fabas quoq̄ excorticatas ⁊ spinachia cū oleo de amigdalis dulcibus in comestione accipiat. In ore vero semp tenere đbet pillulas bichichias. Aque autē quā bibit sirupus violatus est admiscendus. ¶ Confectio pillulaꝝ bichichiaruꝫ. ℞. succi liquiritie: çuchari albi: amborū ana. ℥. x. amidi dragaganti: amigdalaꝝ dulcium excoticatarum omniū ana. ℥. ß. ex eis cum mucilagine seminis citony: conspersis īformenť pillule. ¶ Qꝫ si cum tussi multū affuerit sputum: qꝫ cum expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neq̄ febris neq̄ vehemens ventris solutio ipsam comitanť: ex his trociscis dandum erit infirmo. qui. ℞. seminis feniculi: seminis apy: succi liquiritie: capilliueneris: amigdalarum omniū partes equales. Ex his cum mucillagine seminis lini conspersis informentur trocisci. ex quibus. ℥. ij. tribuantur.

¶ Decoctionem autem qua in hac egritudine vtendum est in capitulo de catarro iam descripsimus. cui tamen. ℥. ß. capilliueneris sunt addende. ¶ Qꝫ si tussis antiqua ⁊ nociua fuerit adeo vt egrū in nocte dormire nō pmittat. ¶ Pillule storacine sunt dāde: que. ℞. mirre: storacis: opy: omniū partes equales. informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuantur. In potu vero sumat sirupum de papauere: et comedat semen albi papaueris cum çucharo. ¶ Qui hāc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa: salsa pontica acria atq̄ amara.

¶ Suffumigium ad antiquam tussim ⁊ sputum fetidum: qđ. ℞. aristologie: mirre: storacis: galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium. Omnia pulueriçata ex butyro vaccino conspergātur. Ex quibus magdaleōes ad pile parue similitudinem informentur: ⁊ cū necesse fuerit in ieiunio ex vno eorum per traiectoriū suffumigetur.

¶ De asmate. CAP. LVI.

Cum aliquis assidue patitur tussim: ⁊ aerem attrahit queadmodum fit post cursum. Aut post vehementeꝫ motum: ⁊ cum iacet supinus est ei deterius: sed cum sedet est ei melius: Decoctio ei danda est. q̄. ℞. ficuū citrinarum. ℥. x. dactilorū maiorem humiditatem habentiū: seminis apy: seminis feniculi: capilliueneris: liquiritie: isopi: prassy: omniū ana. ℥. ß. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam ⁊ colētur. De hac vero decoctione tribus dieb⁹ egro in potu tribuatur: cum pondere duorum aureorum huius confectionis: que. ℞. succi liquiritie: isopi: capilliueneris: omnium añ. ℥. x. cordumeni: piperis amigdalarum amararum aristologie rotunde: seminis vrtice omnium ana. ℥. ß. mellis dispumati quod sufficit.

¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit: ⁊ est optima. Danda est itaq̄ per hebdomadam vnam continuo. deinde eger postq̄ comederit sinapim ⁊ mel: vomere cogendus est: ⁊ vēter ex his pillulis soluendus que recipiunt. Agarici grana ordei. xviij. colloquintide interioris: grana ordei. vi. elactery grana iiij. succi liquiritie. ℥. ß. fiant ex eis pillule: ⁊ sufficiūt ad dosim vnam. Post hoc quoq̄ iterum redeat ad bibendam confectionem ⁊ decoctionem sumendam: ⁊ postremo ad vomitum ⁊ ventris solutionem: vt prius. Hoc faciendū est donec eger sanitati restituatur. Interim tamen a cibis grossis ⁊ stipticis ⁊ acetosis abstineat.

¶ De pleuresi. CAP. LVII.

Cum aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuum: ⁊ ppȓie quando siccaꝫ patitur tussiꝫ: ⁊ febrit: expetit vt si dolor super partem costarū ⁊ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in q̄ est dolor: nisi totum corpus multo sanguine repletū fuerit. Tunc eniꝫ ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. ¶ Egritudo quoq̄ si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egruꝫ: flobotomia similiter a parte dolente facienda est. Qꝫ si dolor inferius ad partem costarum posteriorū tendit venter ex decoctione quā in capitulo de reumatismo descripsimus est soluendū. Melius tamen est vt flobotomia fiat: deinde aqua ordei cum çucharo assidue tribuatur. ¶ Et si videris tussiꝫ eius vehementis siccitatis: da ei in diluculo omni die iulep. deinde da ei ī potu aquā ordei. ¶ Et si eger fuerit debilis nutriatur cum pane ⁊ ex çucharo. ¶ Si autem fortis fuerit: aq̄ ordei vsq̄ ad diem quartum sufficeret. ¶ Cumq̄ screare ceperit: decoctionē quam in capitulo de reumatismo nominamus quotidie sumat anteq̄ aquā ordei bibat: donec sanetur. ¶ Si autē febris ⁊ acuitas perseuerent: ⁊ eger in excreatione difficultatē patiatur: detur decoctio quā ī capitulo de asmate nominauimus. qđ similiter est faciendū cum saniei fit excreatio. ¶ Qꝫ si in principio passionis qđ excreať nigerrimū: aut valde citrinū apparet: ⁊ sic pmanserit ⁊ febris non quieuerit neq̄ calor vsq̄ ad diem septimū timorosū est. ¶ Et si cū hoc toto aeris attractio nō alleuietur: ⁊ in pectore fuerit oregmon aut in maxillis rubedo ⁊ in oculis stupor morti est propinquus. ¶ Si aūt exterius in latere apparuerit rubedo: aut apostematio: ⁊ cū premitur locus dolet: ponatur desuper vētosa aut emplastrum ex sinapi: ⁊ ficubus: ⁊ dimittatur ibi donec locus vlceretur. ¶ De his vero que ex errore stolidorū ad augumentū nocumenti accidunt hanc egritudinem patientibus: est: qꝫ cum dolor in principio sentitur sub costis extimant grossam fore ventositatē: ideoq̄ electuarium diamuscū aut ei similia egro tribuunt: eūq̄ omnino īterficiunt. Hec passio vocatur birsen: cuius causa est apostema qđ oritur interius in costis ypocundriorū.

¶ De peripleumonia. CAP. LVIII.

Cum homini superuenerit febris et ī anhelitu tantū patitur constrictionē vt se prefocari putet: ⁊ ī maxillis ita vehemens fit rubedo vt tincte videantur: ⁊ anterior pectoris pars dolet ⁊ tussis adest: et qđ cum excreatione emittitur existit spumosū ⁊ in pectore sentitur grauitas sine punctiōe ⁊ sine calore: cui omnia hec accidunt acutū in pulmone patitur apostema: ⁊ vocatur hec passio peripleumonia. In principio igitur curationis eius basilica minuenda est: deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶ De sanguinis proiectione cum sputo sine vomitu et sine rascatione per os. CAP. LIX.

Cum sanguis cum rascatiõe aut paruo sonitu q fit sine tussi egreditur: nõ est egro inde timenduz. Poterit enim sanari gargariçando ea que in capitulo de sinanchia nominauimus: et regimen subtiliando. ¶ Cum vomitu quoq; si exierit sanguis non magnum affert timorẽ. Curat᷑ nanq; hoc flobotomando egrum et si comederit stiptica sicut sumach et succus vue acerbe. In potu p̄terea sumat ex boliarmẽi gũmi arabici balaustie sanguinis dracõis thuris oium partibus eq̃libus dentur ex eo. ʒ. iij. cum rob simplici de citonijs. ¶ Quibusdã autẽ solet accidere sanguinis exitus cum interpolatione: ex quo nullum sentiunt nocumentũ imo remediũ: ideoq; sic est dimittenduz. ¶ Quod si cum tussi superueniat sanguinis egressio: est timorosum. Est tñ incipienduz in curatione egri cum flobothomia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuendum: que. ℞. thuris sanguinis draco. amboꝝ ana. ʒ. iij. et tertiã. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: amboꝝ añ. ʒ. x. alumis. ʒ. ij. et ʒ. balaustie. ʒ. iij. opij ʒ. ij. rauet seni. ʒ. ij. ex his oibus fiant trocisci. x. de quibus quotidie vnus in potu sumat cuz succo oçimi maioris aut portulace. ¶ Et si egritudo vehemens fuerit: alius circa noctẽ dandus est. ¶ Adiutorioꝝ quoq; ac coxaꝝ partes superiores sunt ligande et extremitates fricande. ¶ Pectus ẽt precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis p̄dictis cum aceto et aqua epithimetur.

¶ Eius preterea cibaria succuz vue acerbe et sumach et eis similia admixta habeant: et patiens supinus iacẽs: de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶ De ptisi. CAP. LX.

Cum aliquis carniũ diminutionẽ pati videtur post tussim ex cronica passiõe et sputo sanguinis aut saniei p̄cedente lac asininũ in potu tribuatur. Quod si inueniri nõ poterit: caprinũ cum pauco çucharo dandum est. Cum quo etiam panez sepe comedat: ipsũq; quãto plus potest: loco aque in potu sumat. Uinum tamẽ subtile et temperatum aliq̃n est tribuendum. ¶ Nutrimentum autẽ egri sit ex carnibus auium et edina. ¶ Eger preterea ante comestionẽ et post balneum ingrediatur qð nõ sit calidum sed tepidum: et in semicupio moram faciat.

¶ Sũmopere vero cauendum est ne venter soluat᷑. Cui tamen si solutus fuerit: ex huius pulueris bibitiõe succurrenduz est: que. ℞. gũmi arabici: spodij: boliarmeni: seminis mirtini: omniũ añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis: de quo i die. ʒ. iij. cum sirupo de papauere albo aut rob mirtino dentur: huius quoq; pulueris bibitio: omnibꝰ ventris constrictione indigentibus qui tussim patiuntur remediũ affert. Cui plerũq; addũtur xilocaracte de siria: et bdelliũ de mecha. ¶ Quod si lac egro febrem generauerit: auferendũ est ei lac et ptisana quousq; febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterum redierit: remoto lacte: ptisana est danda. Post cuius recessionem: vt prius ad lac est redeundum. Hoc autẽ semper est faciendũ cuz necessitas vrget et venter sũmopere custodiẽdus ne soluat᷑.

¶ De tremore cordis. CAP. LXI.

Si cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas et febris: eger ex basilica ẽ minuendus: et trocisci camphorati cũ succo malorum acetosorum in potu sunt tribuendi: que ℞. spodij: seminis cucumeris: citroli endiuie: lactuce: portulace: rosarum: sandali albi: oium partes equales: et pro vnoquoq; pondere aurei vnius ex eis sumatur camphore trium granorum ordei pondus: ex quibus cuz succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus i potu quotidie vnius aurei pondus: quaq; die tribuatur. qð per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autẽ hec nõ suffecerint lac de quo butyrum sit extractuz: ad bibendũ detur. Ipse vero nutriatur ex pullis cuz aceto et succo vue acerbe: et ex acetoso. Sirupũ preterea acetosum de çucharo factum bibat.

¶ Si aũt cũ cordis tremore non fuerit febris trocisci muscati in potu sumantur: qui. ℞. masticis: spice: xiloaloes: cinamomi: gariofiloꝝ: gallie muscate: nucis muscate: cubebe: cardamomi maioris et ibelobe: corticis citri: omnium añ. pondus vniꝰ aurei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cũ vino redolente conspersis: fiant trocisci. Hi autem trocisci conferunt sincopi: et tremori cordis.

¶ Electuariũ diamuscum preciosum qð ad sincopim et tristitiam: et cordis tremorez: et tediuz faciens. ℞. masticis cinamomi: seminis oçimi maioris: seminis oçimi gariofilati: seminis melisse: seminis sisimbri: seminis sãsuci: macro piperis: omnium partes equales: ex quibus omnibus pulueriçatis. ʒ. x. sumantur: margaritarum minutarum corali rubei: charabe: sete crude: been albi et rubei: folij: omniũ ana. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. ʒ. conficiantur cũ melle de muraba chebuloꝝ. Hoc enim electuariũ ad frigiditatẽ stomachi: et digestiue egritudinẽ: optimũ existit.

¶ De passione colerica. CAP. LXII.

Cum paruus dolor punctio et tristitia alicui supuenerit affuerintq; cum ea vel post ipsam vomitus et vẽtris solutio: aqua calida multotiens continue in potu tribuatur: et si adhuc perseuerauerint: vomitus et ventris fluxus aqua calida iterum detur. sedabitur enim passio. ¶ Cum aũt egritudo quieuerit eger balneũ ingrediat᷑: in quo per vnius hore spacium moretur. Egressus autem de balneo: leui alatur nutrimento: deinde dormiat. ¶ Sed licet vomitus et ventris fluxus vehemẽtes fuerint: et sinthomata terrefacientia superuenerint: nõ tamen est timendum. imo cum medicaminibus que ego nominabo succurrendũ. ¶ In principio itaq; torcisci de olibano cum aqua et niue: et rob granatoꝝ dentur semel: qui item ẽt sunt dandi si vomitus nõ cessauerit. Duoq; adiutoria et coxe ĩ supremis partibꝰ ligent᷑: et aqua in niue ĩfrigidata sup crura et pedes fundat᷑: et in ipsam etiã mittantur.

¶ Uenter q̃z ex sãdalis: roẜ: cãphora: gallia: aqua rosata ꝯspersis epithimet᷑: et pãnus aqua rosata in niue infrigidata infusus desup ponat᷑: q postq̃ tepefactus fuerit: est remouendus: et alius vt prius desup mittẽdus. ¶ Ad potãdum aũt paulatim tribuat᷑ vinũ vetꝰ temperatũ cum rob granatoꝝ: et q̃n vomuerit iteꝝ tribuatur. ¶ Panẽ quoq; in succo granatoꝝ infusũ cogendus est sumere cũ vino et comedere. Quẽ si vomuerit: iteꝝ dandus est donec quiescat. ¶ Quod si sincopis supuenerit muscus cũ vino dare cõueniẽs ẽ: vim inferẽdo et succus carnis edine et pulline: cuz pauco citonioꝝ succo ĩ vino mixtus: ĩ potu est tribuẽdus.

¶ Pulli preterea sunt assandi: et ante nares ipsiꝰ discerpẽdi: thus ẽt dandũ est vt ipȝ masticet et paulatim trayciat.

¶ Et postremo bolũ corascenũ cũ camphora conditũ tribuat᷑. ¶ Quicquid aũt de huius passionis cura nunc vsq; diximus: donec vomitus sedeẜ: et stõus cibũ recipiat: fieri conuenit. Postq̃ vo stõus ipsius recipere cibum poterit. Nutriendus est eger: et parum vini veteris bene redolentis in potu sumat: et dormire incipiat.

¶ Trocisci de olibano ad vomitum dicti. ℞. boli corascenis: thuris. amboꝝ ana. ʒ. x. cucube: cardamomi amborum ana. ʒ. ij. et ʒ. camphore gallie gariofilo. omnium ana

sextam.ʒ.i.fiant trocisci pondere aurei vnius. Vixeniz vomitui multum conferunt.

¶ Rob de granatis: succus granatorum acetosorũ sumatur: ꝛ per noctem vnã aut amplius dimittatur: donec qd̄ grossum est in fundo resideat. Deinde coquatur ꝛ dispumetur donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittantur: ꝛ in ipso manere dimittantur quousqꝫ infrigidet. Cumqꝫ infrigidatum fuerit: extrahãtur. Ad cuius similitudinez sirupus de citonys ꝛ sirupus de malis macianis fieri conuenit. ¶ Si autem vomitus hora aliqua nimis inualuerit ꝛ superfluerit magna ventosa stõ superponat.

¶ De his que confortant stomachum: ꝛ ciborum perficiũt digestionem. CAP. LXIII.



Cum stomachi debilitas cũ pauca siti: ꝛ tarda cibi a stomacho descensione: ꝛ acido ructu fuerit: fuerintqꝫ omnia accidentia hec parua neqꝫ fuerit vetusta: stomachus cum trociscis de rosis erit curandus. De quibus eger quotidie in mane pondus aurei vnius ꝛ.ʒ.cum.ʒ.i.decoctionis de seminibus sumat.

¶ Decoctio autẽ de seminibus hec est. sumatur ciminũ nabati: ꝛ ameos: ꝛ buliant in miua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cum trociscis de rosis: vt predictum est ĩ potu tribuatur.

¶ Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosaruz rubearum.ʒ.iy.xiloaloes: spice: masticl. xilocassie. squinanti. cinamomi. absinthy. omnium ana.ʒ.i.conspergãtur ex vino veteri: ꝛ informentur trocisci. ¶ Nutriatur võ ex his que cito digeruntur ꝛ paucorum sunt humoruz: ac paucarum superfluitatum: que etiaz ex redolentibus ꝛ seminibus sint condita sicut sunt calagie ꝛ mutagenat. ¶ Ipse quoqꝫ ante comestionem multo vtatur exercitio ꝛ aquaz minus solito bibat. ꝛ post comestionem multũ dormiat.

¶ De vino quoqꝫ veteri ꝛ puro parum bibat totãqꝫ nutricationem minuat. ¶ Qꝫ si hec accidentia vetusta fuerint: electuarium diacimini: electuariũ diaolibani amborum ana vnius aurei pondus. cum.ʒ.vna veteris vini puri in potu sumatur. Regimen autẽ eius sit vt pdiximus.

¶ Electuarium diaciminum. ℞. cimini carmeni.ʒ.c. çinciberis.ʒ.xx. piperis.ʒ.x. foliorum rute: baurach: panis amborum ana.ʒ.x. Hec omnia cum melle dispumato conficiantur: ꝛ detur de hoc electuario si vẽter strictus fuerit. Qꝫ si solutus fuerit venter: electuarium diaolibanum est dandum. Cuius descriptio in capitulo de ventris solutione continetur. Si autem non suffecerit squama ferri cuz vino tribuatur.

¶ Scoria autem ferri hec est. ℞. seminis apy: seminis feniculi: anisi: cimini: ameos: aniudẽ: origani: cheisim: carui seminis coriandri: melano piperis: macropiperis: cinamomi thuris: spice: gariofilorum nucis muscate: ciperi: çinciberis: omnium ana pondus aurei vnius: scorie aureos. x. omnibus sexcuplum vini addatur: ꝛ coquatur donec ad medietatem redeat: ꝛ coletur. deinde eger de hoc sirupo postqꝫ colabitur pondus.ʒ.xxx. quotidie bibat: ꝛ nutricationez alleuiet. qd̄ per tres hebdomadas faciens caueat sibi ab acetosis: ꝛ a fructibus recentibus: ꝛ ab aqua frigida: vinum vero mensurate bibat.

¶ Emplastruz stomachũ confortans ꝛ calefaciens. ℞. storacem: spicam: squinantum: absinthiũ: calamũ aromaticũ masticem. Ex his cum vino veteri ꝛ succo citoniorũ conspersis emplastrum super stomachum ponatur.

¶ Ad hoc preterea confert: vt stomachus fricando inungatur ex oleo qd̄ fit õ spica nardi ꝛ cipero: ꝛ vt lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta super stomachũ ponatur ꝛ cum panno ligetur. Eger quoqꝫ vinum vetus bibat: aut miuam: aut ydromel.

¶ Miua autem hoc modo fiat. succus citoniorũ muçoruz sumatur: ꝛ per diem ꝛ noctẽ vt residere possit: dimittatur ꝛ coletur. Deinde eius qd̄ clarum est partes due sumãtur çuchari pars vna: vini veteris vna: ꝛ incipiat coqui suauiter ꝛ dispumari: donec in iulep similitudinez transeat: postea pro vnaquaqꝫ libra ex toto sumantur çinciberis spice: cinamomi: gariofil. omnium ana.ʒ.i. masticis.ʒ.y. omnia hec pulueriçata in panno ligentur: ꝛ intus duz calidũ est mittantur. ꝛ cum infrigidari ceperit pannus extrahat ꝛ exprimatur. deinde sirupus recõdatur. ¶ Qꝫ si digestiue debilitas fuerit cum multa siti: ꝛ paucorꝫ ciborũ appetitu ꝛ fetido ructu: sirupus acetosus de citonys bibatur.

¶ Sirupus acetosus de citonys. ℞. succi citoniorum acetosoruz partem vnam: çuchari albi partem vnã: aceti clari quartam partem vnius: coquantur omnia simul donec inspissentur. Est autem sirupus iste stomachi confortatiuus: ꝛ ad suas peragendas actiones iuuatiuus: ꝛ vehemẽtiã inflãmationis ꝛ incensionis que ĩ eo est sedat. ¶ Egri vero nutricatio sit res in qua simul congregantur acetositas ꝛ stipticitas: vt est caro cum succo vue acerbe cocta: ꝛ cum malis macianis similiter cocta: ꝛ cum ribes: ꝛ frigida ex albulem ꝛ amososi: ꝛ illis similia ex cibis.

¶ De isto p̄terea det puluere plies: vt trãsglutiat. q. ℞. rosaz rubearũ.ʒ.x. spody.ʒ.iy. seis coriandri.ʒ.ʒ. dosis ei⁹.ʒ.y. cum succo granati muçi: ꝛ cum sirupo acetoso de citonis. ¶ Si aũt cum hoc qd̄ diximus fuerit in corpore extenuatio ꝛ inflammatio: egro lac ꝛ aqua ordei danda sunt. ¶ Ipse quoqꝫ ex herbis humectantib⁹ est nutriendus vt sũt lactuce: malue: cucurbite: citroli: carnes edorũ: ꝛ agnorum lactantium ꝛ pisces recentes.

¶ Balneũ preterea anteqꝫ comedat: ꝛ postqꝫ comederit: ꝛ tinaz quotidie ingrediatur: ꝛ vinũ claruz valde temperatum bibat: ꝛ assidue vtatur quiete. ꝛ motum ꝛ exercitium vitet. sitqꝫ totum eius regimen vt eius qui corporis grossitiem adipisci desiderat: ꝛ si cum hac dispositione inflammatio fuerit ꝛ incensio vehemẽtissima: stomachus ex rebus frigidis erit liniendus: ꝛ aqua ordei danda. Sitqꝫ ei⁹ regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore ꝛ apate stomachi. CAP. LXIIII.

Si cum dolore stomachi adsunt tribulatio ꝛ nausea: egro aqua tepida ĩ potu est tribuenda: ꝛ vt vomat precipienduz: ꝛ si hoc non suffecerit: venter ex yera pigra soluat: que. ℞. pulueris rosarum rubearũ: spice masticis: xilobalsami: carpobalsami: cinamomi: xilocassie: assari. omniũ ana.ʒ.ʒ. aloes scotrensis dupluz omniũ: qd̄ bene tritũ cum alys misceatur medicinis tritis: ꝛ cuz panno sericino subtilissimo cribellatis: quarum trituratio cũ aloe secundo iteretur. Cuius dosis sit a pondere duorũ aureorũ vsqꝫ ad.ʒ.y. ¶ Egro quoqꝫ quotidie detur panis in vino ꝛ succo mali granati infusus: ꝛ in sirupo acetoso de citonys. ¶ Qꝫ si cum dolore fuerint ructuum multitudo ꝛ extensio atqꝫ singultus: egro electuarium diaciminum: ꝛ de calamento: ꝛ alie confectiones que ventositatez dissoluere consueuerunt: que in capitulo de colica nominabim⁹ danda erunt. ¶ Cibaria vero eius sint calagie: ꝛ mutagenat cum seminibus: vini veteris puri parum bibat: ꝛ vtatur motu: ꝛ ingrediatur balneum. Stomachus quoqꝫ ex oleo de neriden: vt diximus in panno inuoluto vaporetur.

¶ Si autem cum dolore stomachi fuerit febris: ꝛ apostema manifestuz: ꝛ cum tangitur sentitur calidus: eger pus ex basilica flobotometur: ꝛ loco dolẽti duo superponãtur sandali ꝛ rose: ꝛ cãphora cũ aqua rosata: ꝛ succo citoniorũ.

¶ Nutrimentū vō eius non sit nisi sola ordei aqua ꝛ custodiat̄ a carne ꝛ vino ꝛ ꝯfectionibus ꝗ̄ de melle fiūt: ꝛ bibat succū granatorū muçorū ꝛ rob de fructibus frigidis. ¶ Cumqꝫ caloris vehementia sedata fuerit: egro cassia fistula in succo endiuie dissoluta ꝛ bulita ac dispumata: ad bibendum detur. ¶ Cum autem egritudinis dies elongati fuerint: ꝛ calor omnino quieuerit si remāserit apostema cum duritie. Ex hoc emplastro epithimetur locus. qđ ℞. violarū siccarū. ʒ. x. rosarum rubearum. ʒ. ß. spice odorifere masticis: amborū ana. ʒ. iij. ciperi squinanti: calami aromatici: omniū ana. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. florū camomille. seminis maluauisci albi. farine ordei. omniū añ. ʒ. x. conspergantur omnia ex mucillagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplastretur ex predictis: per quattuor horas anteqꝫ comedat: ꝛ postqꝫ cibus fuerit digestus: ꝛ stomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neridē cum lana vt diximus vaporetur.

¶ Confectio olei nardini simplicis. ℞. olei de ben lib. i. spice. ʒ. ß. masticis costi ciperi squinanti: calami aromatici: oīum ana octauam. ʒ. vnius: omnia hec puluericata in predicto oleo posita ad solem per hebdomadaz vnam vasis ore clauso dimittatur. Deinde colentur ꝛ exprimantur feces ꝛ scophe que in manibus remanserint emplastris admisceantur. Optime enim erunt. ¶ Cum autē apostema in stomacho inueterauerit. trocisci de spica erunt dandi: qui. ℞. florum squinanti xilocassie: rauetseni: calami aromatici: spice omnium ana. ʒ. iij. croci mirrhe anisi costi piperis: omniuz ana. ʒ. i. bdelly vary. ʒ. iij. masticis. ʒ. ij. amoniaci. ʒ. i. informentur trocisci: quorū vnusquisqꝫ vnū ponderet aureū. ex quibus vnus quotidie cuz vino cocto det̄.

¶ Emplastrum quoqꝫ istud fiat: quod. ℞. bdelly mollis. ʒ. x. armoniaci. ʒ. v. seminis ben: seminis apy: amborum ana ʒ. x. spice: masticis nigri: amborum ana. ʒ. v. cere: olei đ neridem. ʒ. xv. gūme in vino dissoluantur. Deinde omnia cōiungantur: ꝛ fiat ex eis emplastrum. ¶ Ad dolorez tamē stomachi ꝛ epatis curandum medicus valde eruditus ē necessarius: qui ipsorum diligenter attendat dispositiōes. Nos tamen aggregationes: ꝛ summas ad hoc cōferentes iam diximus: lꝫ inquantuz potuimus in hoc abbreuiauerimus sermonem.

¶ De singultu. CAP. LXV.

Um singultus post grossi cibi comestionem: aut vini valde temperati bibitionez superuenerit aqua calida in qua ciminum ꝛ menta ꝛ mentastrum: ꝛ parum thuris bulierint: multotiēs in potu erit sumenda: ꝛ egro vt dormiat est precipiendum: ꝛ vēter vaporandus ꝛ ieiunandum est ei. ¶ Cum autez per multos dies a comestione abstinuerit iubendus est balneuz sepe ingredi. Deinde paucis cibis: desiccantibus tamen est alēdus: sicut sunt calagie: ꝛ mutagenat cuz seminibus: ꝛ vini puri parum in potu tribuendum. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dandi sunt: qui dicuntur trocisci de thure: ꝛ. ℞. thuris. ʒ. ß. enule. ʒ. iij. mentastri: foliorum ruthe siccè: amborum ana. ʒ. ij. seminis nemen. ʒ. iij. ꝛ. ß. informētur ex his trocisci pondere vnius aurei: ex quibus vnus ī die cum apoçimate cimini tribuatur. ¶ Qꝛ si singultus post febrem acciderit: fueritqꝫ cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua calida egro multotiens danda erit: non tamen repente sed paulatiz. ¶ Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcibꝰ detur. Spondiles quoqꝫ colli ꝛ dorsi ex oleo tepido inungantur ꝛ fricentur: ꝛ mucillago psilly cū iulep: ꝛ succo granati in potu tribuatur. ¶ Singultui preterea ꝛ sternutationi confert retinere anhelitum.

¶ De canino appetitu. CAP. LXVI.



Um aliquis famem assidue patitur: ꝛ cibus post comestionē adeo grauat eum: vt aut vomere aut per inferiorem regionem ipsum eycere cogatur: riçi dādum est ei: qđ dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui in furno assatur: impinguatur: ꝛ cauda ꝛ ei similia: ex omni cibo qui vnctuosus est ꝛ vinum vetus purum dandum est: de quo quantum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est vt euomat: ꝛ hoc regimine conseruandus est: donec sanetur. ¶ Qꝛ si neqꝫ cibus euz grauat neqꝫ ipsum euomit: neque per secessum expellit: carnes vaccine sunt dande: ꝛ frumentum coctum vt puls: ꝛ riçi cum lacte: ꝛ aquam frigidā in potu sumat: ꝛ in aere frigido moretur. ¶ Hac autem egritudine laborans nil acetosum ꝛ stipticum neque acutum comedat: sed dulcibus: ꝛ vnctuosis solum vtatur.

¶ De dolore epatis. CAP. LXVII.



Um quis male fuerit coloratus: ꝛ cuz hoc malaz habuerit formā. Habueritqꝫ dolorem in dextro latere apud costas posteriores: ꝛ fuerit eius malus color citrinus: ꝛ fuerit cum hoc in ore siccitas: ꝛ sitis vehemens: aqua ordei: ꝛ succi herbaruz: vt endiuie ꝛ solatri: ꝛ cuscuthe: cum sirupo acetoso ex çucharo albo facto ī potu: tribuantur.

¶ Emplastrum quoqꝫ ex duobus sandalis: ꝛ rosis: ꝛ camphora: ꝛ aqua rosata: cum panno lineo loco superponatur. Qđ hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur. Cumque tepere ceperit. remoueatur: ꝛ alius loco eius apponatur.

¶ In potu preterea sumat granatorum succum: ꝛ robub ꝗ infrigidare consueuerunt. ¶ Hic quoque a vino ꝛ a confectionibus que de melle fiunt: sibi caueat: ꝛ a cibis calefacientibus: ꝛ sumat trociscos de berberis; ꝗ. ℞. succi berberis. ʒ. x. seminis endiuie: citroli seminis: portulace seminis omnium ana. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. rauet seni. ʒ. i. spice. ʒ. ß. Informentur trocisci pondere aurei vnius: ex quibus detur vnus cum sirupo acetoso de çucharo: aut cū succo granati. ¶ Uenter quoqꝫ si necesse fuerit cum succo fructuum soluatur: vt sunt pruna ꝛ tamarindi: ꝛ çucharo albo.

¶ Qꝛ si malus color qui est cum dolore epatis fuerit albꝰ medius videlicet inter euz qui est cum fluxibilitate: ꝛ eū qui est cum tumore: fuerintqꝫ cuz eo ventris solutio ꝛ palpebrarum atqꝫ extremitatum tumor. trocisci de rauetseni cum sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: qui ℞. masticis: succi eupatory: succi absinthy: seminis feniculi: anisi omnium ana. ʒ. ij. rauet. ʒ. x. informentur trocisci pōdere aurei vnius: ex quibus vnus in potu oī die tribuat̄.

¶ Sumantur preterea spica: mastix: ciperum squinantuz: calamus aromaticus: crocus: mirrha. Deinde mirrha et mastix ī vino dissoluta cū alys misceāt̄: ꝛ ex eis emplastꝝ epati superponat̄. ¶ Eger vō a cibis grossis ꝛ frigidis abstineat. Si autem hec non suffecerint: trocisci de lacca cū apoçimate de radicibꝰ sunt dādi. Trocisci aūt de lacca sūt qui ℞. lacce: rauetseni: amboꝝ añ. ʒ. iij. spice: seis apy: ameos: masticis: squinanti: seminis iuniperi: amigdalaꝝ amararuz: costi amari: rubee succi eupatory: assari: aristologie rotunde: gentiane: omniū ana. ʒ. i. ꝛ. ß. Informentur ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Apoçima radicibꝰ. ℞. corticis radicuz apy: feniculi amboꝝ añ. ʒ. x. seis apy: semis feniculi: floris squināti: ameos oīum añ. ʒ. ß. rosaꝝ rubeaꝝ: spice odorifere: amborū añ. ʒ. iij. coquāt̄ in lib. i. aque donec ad tertiā redeat: ꝛ detur in potu cū ꝑdictis trociscis. ¶ Si aūt apata in epate fiāt eorū cura erit vt apatū que in stomacho generantur.

¶ De ycteritia. CAP. LXVIII.

SI cum yteritia fuerit febris succus endiuie ⁊ solatri ⁊ aqua ordei egro ĩ potu tribuatur. Ipse quoq; ex cucurbita ⁊ criso locanna ⁊ citrolis: ⁊ his similibus herbis frigiditati attinentib⁹ nutriendus est. ⁊ sirupum acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶ Epati preterea emplastrũ ex duobus sandalis est superponendus: ⁊ venter ex succo prunorum ⁊ çucharo soluendus. Que si non suffecerint: trocisci de camphora cum succo granatorum dandi sunt.

¶ Trocisci de camphora. ℞. çuchari spody rosarũ rubearum omniũ añ. ʒ. iij. seminis endiuie. seminis citrulorum cucurbite lactuce portulace seminum ex omnibus sandali rubei omniũ añ. ʒ. i. Informentur ex his trocisci pondere. ʒ. ij. ex quibus quotidie vnus cũ sexta. ʒ. vnius de camphora detur. ¶ Si autẽ eger venas habuerit plenas fueritq; diu ex quo minutus non fuit flobotometur. ¶ Qr si yteritia fuerit sine febre: venter ex his pillulis soluatur: que. ℞. aloes. ʒ. i. scamõee quarta. ʒ. i. agarici partes duas ʒ. vnius. succi eupatory tertia. ʒ. i. Ex his cum succo endiuie confectis: fiant pillule: sufficient ad dosim vnã. Deinde dentur trocisci de lacca cum apoçimate de radicibus. ¶ Si aũt yteritia in oculis remanserit eger fortissimuz acetũ paulatim olfaciat: ⁊ balneũ ingrediat̃. ¶ Eiusquoq; oculis qui yteritiã cum febre patitur: aqua rosata immittenda est. ¶ Yteritie preterea valde confert: vt eger per tres hebdomadas: serũ bibat.

¶ De ydropisi. CAP. LXIX.

CUm venter post epatis dolorem ⁊ febres augmẽtari ceperit: ⁊ qđ est ab vmbilico vsq; ad femur exterius ꝑminuerit: ⁊ cutis que ibi est subtiliari: ⁊ albere visa fuerit: ⁊ cũ venter mouetur audit̃ sonnus quasi aque in vase non pleno mote. Et si cũ his vrina fuerit rubea parua habenda est fiducia: ⁊ proprie si virtutis non affuerit fortitudo. His tamen si virtus fuerit fortis: ⁊ venter vehemẽter siccus pillule de rauet que recipiunt meçerion sunt dande.

¶ Pillule aũt de rauet sunt que. ℞. rauet seni. succi eupatory. seminis endiuie. omniũ añ. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. meçeriõ ʒ. x. fiant ex his pillule: quarum dosis sit. ʒ. ij. ꞩ. ex quibus quaq; hebdomada dosis vna sumatur. ¶ Qr si virt⁹ debilis fuerit: trocisci de meçerion sunt dandi: qui. ℞. seminis endiuie. ʒ. x. meçerion. ʒ. i. ⁊ duas tertias: agarici succi eupatory: similiter tantũdẽ rosarũ: seminis citrolorũ: amborum añ. ʒ. ij. ⁊. ꞩ. Ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus vnus in die cũ sirupo acetoso de çucharo dandus est. ¶ Si aũt venter fuerit solutus: dentur trocisci de berberis cum sirupo acetoso. ¶ Eger quoq; nutriatur ex cibregi: ⁊ bibat sirupũ acetosũ de citonys. Et si ventris solutio vehemens fuerit: citoniorũ rob solum danduz est. ¶ Si autẽ cum hac passione non fuerit vrina rubea neq; calor: pillule iste dande sunt que. ℞. meçerion serapini amborum añ. ʒ. ꞩ. salis indi: fimi columbini: amborũ añ. sextam ʒ. i. Pillule eniz iste aquam vehementer expellunt: ⁊ descendere faciunt: trocisci preterea de lacca cum apoçimate de radicibus dandi sunt.

¶ Emplastrũ asciliti ꝯueniens. ℞. farine ordei ciperis stercoris ouini veteris: baurach boli armeni omnium partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima super ventrem. Huius nãq; proprietas est: aque magnã partem exiccare. ¶ Qr si in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apostema molle: ⁊ testiculi apostemant̃ facieſq; ac totuz corpus mollicie quadã teneantur: erit tunc ydropisis species que yposarcha nominatur. Egro itaq; hac laboranti: trocisci de lacca cum apoçimate de radicibus sunt tribuendi: ⁊ venter quaq; hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus: ⁊ patiens in arena calida sepeliendus. Ei preterea est precipiendũ vt exercitio vtatur: ⁊ famez ac sitiz sepe patiat̃. ¶ Si vo venter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cũ ꝑcutitur sonũ reddit vt tympanũ: ydropisis species adesse significabitur: que tympanites dicitur. Quam qui patitur a comestione olerum abstinere debet: atq; eorũ omnium que ventositatis sunt generatiua. Venter quoq; oĩ die ex panico est vaporandus: ⁊ ventose super ventrẽ ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sũt: vt diaciminũ: electuarium de bacis lauri qđ in capitulo de yliaca nominabimus. ¶ Eger ꝑterea exercitio vti assuescat: ⁊ famẽ pati: ⁊ ex collirys que ventositatẽ dissoluunt: quorum faciemus mentionẽ sibi subyciat. Venter quoq; cum mandili donec incipiat rubere: fricetur: ⁊ ex oleo rutaceo clisteriçetur.

¶ De dolore splenis. CAP. LXX.

SI cum dolore splenis fuerit calor: ⁊ vrie rubedo: ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat. Trocisci de agno casto. ℞. seis agni casti: tamarisci seis amborũ añ. ʒ. x. seis endiuie seminis portulace: amborũ añ. ʒ. v. Ex his fiãt trocisci: de quibus quotidie detur vnus cuz sirupo acetoso de çucharo: cuius põdus sit. ʒ. iij. ¶ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flobotbometur. Splen quoq; ex frusto filtri aceto calido ĩfusi embrocetur ⁊ obseruetur a rebus dulcibus ⁊ cibis grossis. ¶ Qr si cũ predicta egritudine non fuerit calor: egro trocisci de capparis dandi sunt: qui. ℞. corticis radicũ capparis: seminis agni casti. amborũ añ. ʒ. x. scolopendrie. ʒ. vj. aristologie longe foliorũ rute. seminis nasturty. acori. nigelle. omniũ añ. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. iij. Armoniacũ in aceto dissoluatur: ex quo cetera conficiant̃: ⁊ informẽtur ex eis trocisci ponderantes. ʒ. ij. ex quibus vnus cum sirupo acetoso de melle: ⁊ apoçimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si aũt splen tensus fuerit: ⁊ cũ premitur auditur sub eo rugitus. ex predictis trociscis cũ apoçimate de radicibus est danduz: ⁊ vinũ vetus bibendũ: ⁊ potus aque minoretur quantũ plus possibile fuerit.

¶ Emplastrũ ad duriciẽ ⁊ ventositatẽ que est sub splene. ℞. folioꝝ rute. ʒ. x. baurach. mentastri sicci. amborũ ana ʒ. iij. armoniaci. ʒ. viij. armoniacũ in veteri vino dissoluatur ex quo cetera conficiantur: ⁊ fiat ex eis emplastrũ qđ loco superponatur. ¶ De colica. CAP. LXXI.

SI cum dolore vẽtris fuerit ipsi⁹ ꝯstrictio ⁊ nausea: sed neq; febris neq; calor affuerit: ea ergo danda sũt que ventrẽ sine vomẽdi desiderio soluãt: vt est elariũ đ gallia. qđ ℞. masticis gariofil. ʒʒ. melanopiperis: macr opiperis cinami. nucis musca. gallie. omniũ añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. x. postea exprimant̃ citonia acetosa ⁊ recentia: ⁊ succus eoꝝ cum eiusdẽ quantitatis melle misceat̃ ⁊ coquatur vsq; ad spissitudinem paulatim: ⁊ conficiat̃ ex eo medicamen: qđ tamẽ eiusdẽ sit quantitatis cui⁹ species sunt. cui⁹ dosis sit a duab⁹. ʒ. vsq; ad. ij. ⁊. ꞩ. ¶ Qr si nausee vehemẽtia nõ fuerit: neq; eger medicinas vomuerit.

lor et nō nocet:ꝙ si nocet:flōmeť basilica:et stringāť ra-
dices mamillaꝝ cū īstira:et ponāť sup pectꝰ ventose cum
igne:et supponāť colliria retinētia mēstrua et medicīe q̄s
dicemꝰ:ex illis q̄ retinēt mēstrua:et sedeat ī aq̄ frida:⁊ sit
cibus ex stipticꝭ et acetosis:et potus sit aq̄ veri frigoris et
abstineat a vino. ¶ Illiꝰ aūt q̄ fit ꝑꝑ subtilitates et acuita-
tem sanguinis sūt signa:debilitas corꝑis:et alteratio colo-
ris et tenuitas eiꝰ qđ exit de sanguīe. ¶ Cura.regimē qđ ē
an̄ ḃ: ꝑter ꝙ nō fiat flōia:et cōfert admīstratio ciborū: et
potuū acetosoꝝ stipticoꝝ:et infridātiū:et īgrossantiū san-
guinē sicut granata acetosa:lētes:berberis:et silꝭia illis: et
ribes:flos salicis de torrēte:et agresta:citonia:et sumach:
et opilatiua faciētia glutinationē sicut alfelubegi facti cū
amilo:et çucharo:et atriplices:aschanabegi: et sumere in
potu restringētia mēstrua cū infridatiōe forti et dare ī po-
tu q̄dā rob que diximꝰ. ¶ Illius q fit post difficultatem
partꝰ ꝯferūt oīa q̄ īgrossāt sanguinē ex his q̄ diximꝰ:et su-
mere in potu trociscos de charabe:⁊ trociscos valētes ad
vlcera ⁊ ragadias in mřice ⁊ reliquū regimē qđ diximus.

Illius qui fit ꝑꝑ emoroidas ī mřice signa sunt qđ
vēit cū ꝑiodis alys a periodis mēstruo-
rum:⁊ cū repletū est corꝑꝰ. Et cura eiꝰ est flōia basilice:⁊ su-
mere ī potu trociscos de charabe ⁊ clisteriçare mřicē cum
ꝯferētibꝰ emorroidibꝰ ī ea. ¶ Ex vlceribꝰ malis signa sūt
fetor eius qđ currit magnꝰ: ⁊ ꝙ est virus subtile nō cōfir-
matū. ¶ Cura ē flōia basilice:deinde clisteriçare mřiceꝫ
cū aq̄ melꝭ vice vna:⁊ cū ꝯferētibꝰ vlceribꝰ matricis vice
alia. ¶ Si ergo vlcus est recens:⁊ qđ currit ex eo est san-
guis cum dolore pectinis:tunc mediceť medicamīe incar-
natiuo:⁊ si qđ currit est fetidū virus ⁊ vlcus antiquū:tunc
clisteriçeť medicamīe calido. ¶ Si ꝑꝑ ꝑcussioneꝫ:cura ē
flōia basilice ⁊ sumere in potu trociscos de charabe: ⁊ cli-
steriçare cum medicamine incarnatiuo vlceꝝ hūidoruꝫ.

¶ De vlceribꝰ mřicis v̄ge vesice ⁊ testiculi. LXXXIIII.



Um sunt propinqui temporis ⁊ non est
in eis humiditas:tūc aloes tri-
tum cum pulueriçať in eis sanat ea:⁊ tutia ex-
iccat ea vehementer. Cum aūt est ī eis humidi-
tas:confert cortex pini masclꝭe ⁊ emathites: ꝙ
si in eis est ꝓfunditas:tunc misceať eis thus minutum:et
si fuerit humida vehemētis hūiditatis:tūc ꝯfert eis me-
dicamen siccuꝫ factū de cancris ꝯbustis ⁊ cucurbita adu-
sta ⁊ alumīe adusto:⁊ qn̄ sunt in mřice ⁊ vesica: cōfert eis
thus aloes ⁊ medicamē de chartis ꝯbustis qn̄ teruntť silꝭ:
⁊ singulꝭr:⁊ misceať cū succo arnoglosse:⁊ q̄ sť silꝭia illi ⁊ cli-
steriçeť cum illis. ¶ Ragadys aūt matricis cōferūt que
⁊ ragadys ani:⁊ silꝭr emorroidibꝰ accidētibꝰ ī mřice confe-
runt que emorroidibus ani ex epithimatibꝰ:⁊ ventositati
grosse ī matrice:que ⁊ vētositati grosse ī colica ex supposi-
torys ⁊ alys:disruptiōi ī mřice q̄ ⁊ disruptiōi ī intestinis ⁊
mirach ⁊ testiclꝭis. ¶ Illiꝰ qđ ē ex apate curā dicemꝰ postꝭ.

¶ De apostemate in matrice. CAP. LXXXV.



Ccidit ex retentiōe menstruoꝝ:aut diffi-
cultate partꝰ:aut ꝑcussione super
matricē:aut tensione ī ea. ¶ Signa apatis ca-
lidi omnino signa sunt febris acuta sicut febrꝭ
birsen:nigredo ī lingua:dolor capitis ⁊ thimia
⁊ catim ⁊ ilioꝝ:difficultas vrine ⁊ egestiōis:frequētia pul-
sus ⁊ anhelitus. ¶ Et cura eoꝝ simul est flōmia basilice.
¶ Ex difficultate partus ⁊ percussiōe principiū medica-
tionis eorum est vnū. ¶ Et signū apostematis acuti totiꝰ
est febris acuta dū nō videt mulier plurimū sanguinem.
Et cura eius est flōia:⁊ clisteriçeť matrix cū mucillagine
psilly:aut oleo rosꝭ.cuꝫ aqua arnoglosse:⁊ regatur egra re-
gimine patiētis birsen dādo in potu aquā ordei ⁊ similia:
⁊ si dolor valde fortior sit ⁊ retineť egestio ⁊ vrina:sedeat
egra ī decoctiōe camōille:se.lini ⁊ fenugre. ⁊ n̄ trāseat aq̄
vmbilicū:neqꝫ egra dimittať potare aquā ⁊ iungať locus
cū oleo camōellio:⁊ oleo alkerti citrino:⁊ si n̄ fuerit id tūc
nō faciat id vsqꝫ ad hebdomadā vnā. ¶ Et cōuertiť apa
acutū ī mřice aut ad sanitatē cū resolꝭone:aut ad aggregā-
dā saniē:aut ad apa duꝝ. ¶ Signa collectōis sūt qes pul-
satiōis:sedatio febris:⁊ dimissio orripilatiōis ī dispositio-
nibꝰ quibusdā. Et signa apatis duri sunt sedatio caliditatꝭ
febris cū residuo grauitatis ⁊ magnitudinis ī pectīe ⁊ thi-
mia:ita ꝙ q̄ꝫdoqꝫ apparet tactui:si fuerit magna difficul-
tas egestiōis ⁊ vrine. ¶ Et cura collectionis est vt emplꝭe-
tur locꝰ mřicis post diē.vij.a ꝑ̄ncipio apatis acuti cū rebꝰ
lenificātibꝰ ⁊ sedātibꝰ dolorē:sicut camomilla:altea:se.li-
ni:fenugreci:⁊ fundať in mřice ex mucillaginibꝰ eoꝝ:assi-
duet sessionē in aqua calida:⁊ vnctionez cum oleo tepido

tandiu donec appareant signa collectionis sanici: deinde moueat̃: ita vt d̃scēdat a gradu cũ facilitate: aut saliat: aut fiat ꝯpressio super locũ apatis tādiu donec egrediat̃ sanies: ꝛ qñ ꝑcedit ꝯmouet̃ oripilatio: ꝛ sedat̃ grauitas ꝛ egra mingit saniē: q̄re in potu sumat semia ꝓuocātia vrinam et mundificātia matricē tot dieb⁹ quousq3 minoret̃ sanies: d̃inde mediceẗ medicamine icarnatiuo ꝑ clistere ꝛ dent̃ in potu trocisci de charabe icarnatiui: ꝛ ponat̃ vnguētũ icarnatiuũ: cuius virtus ꝓfundat̃ sup locũ dolorosum.

Apostematis duri signa sunt qes caloris febris ꝛ acuitas ei⁹ cũ reliquijs grauitatis ꝛ magnitudo i pectie ꝛ sumie: ita vt qñq3 appeat tactui si fuerit pl'ima: ꝛ difficultas egestiōis ꝛ vrie. q̄re oꝫ vt succurrat̃ cum lenificātib⁹ ꝛ resoluētib⁹ velociter ꝛ nō negligat̃: cũ.n. antiquat̃ ꝛ nō lenit̃: nō est possibile ei⁹ resolutio ꝛ fit cancer. ⁋ Et cura ei⁹ est assidue supponere empl'm loco d̃ bdellio ꝛ storace ꝛ armoniaco ꝛ reliq̄s q̄ dicem⁹ ex medicinis ꝛ empl'is q̄ resoluūt apa dur: ꝛ cũ clisterib⁹ ꝛ mucillagie fenugreci ꝛ mucillagie se. lini: ꝛ cũ oleo anetino: ꝛ camomellino: ꝛ oleo de lilio ꝛ narcisco ꝛ storace ligda: ꝛ reliquis q̄ dicem⁹ ex illis: qb⁹ clisteriçat̃ m̃rix pp apa dur: ꝛ si ptrāsit spaciũ m̄sis ꝛ nō sedat̃ dolor oio ꝛ remāet g̃uitas ꝛ magnitudo: tũc iā incurrit duritiē q̄ nō resoluit̃: q̄re oꝑ vt mediceẗ egra cũ tinis ꝛ inũctiōe cũ oleis lenib⁹. ⁋ Si aũt ē cũ hac magnitudine antiq̄ dolor tũc ip̄m iaꝫ factuꝫ est cancer.

⁋ De cācro m̃ricis. CAP. LXXXVI.

Cum indurat̃ apa factũ in m̃rice ꝛ ñ resoluit̃ ꝛ remanet in ipso cũ duritie caliditas pauca ꝛ dolor ꝛ pulsatio nō fortis: tũc apa durum factuꝫ est cancer. ⁋ Cura eius est sĩlis cure apatis duri tātuꝫ in p̄ncipio: nā cũ antiquat̃ nō sanat̃. ⁋ Uex nō tolerat cancrũ empl'm ꝛ clisteria ꝛ suppositoria i qb⁹ sit d̃ calitate tātum quātũ est illis qb⁹ medicat̃ apa dur: cũ quo dolor pectinis nō est: q̄propter oꝫ vt curet̃ cũ oleo de cheiri: ꝛ oleo camomellino ꝛ adipe gallie ꝛ anatis in quibusdā dispōnibus: ita vt cũ augmētat̃ pulsatio curet̃ cũ oleo ro. ꝛ mucillagine psily ꝛ cũ empl'is ifridantib⁹ tādiu donec sedatur pulsatio paulatim. deinde reddi ad calefaciētia cũ facilitate ꝛ lenificātia. nā si nō feceris illud vlcerabit̃ ꝛ cancer vlcerat⁹ ē deterior q̄3 eē pōt. ⁋ Et signũ vlceratōis ei⁹ est q̄ currit ex m̃rice virus fetiduꝫ nigrũ: tũc ergo medicare ipsam egrotā faciēdo ipsā sedere in tina ꝛ clisteriça ipsam cum lacte mulieris cũ collirio albo ꝛ aliq̄tulo opy ꝛ croci vt sedet̃ dolor: ꝛ da i potu medullā cassiefi. ꝛ oleũ amigdal. sup d̃coctionē ficuũ ꝛ passulaꝝ ꝛ iuiubaꝝ ꝛ sebestē.

⁋ De mola matricis. CAP. LXXXVII.

Ex hac egritudine inflat̃ vēter ꝛ magnificat̃ sicut est dispō in p̄gnante: ꝛ retinent̃ mēstrua: ita vt ñ dubitet̃ qn sit ip̄regnatio: ꝛ ꝓlongat̃ tp̄s: ꝛ differentia isti⁹ ad ip̄regnationē est vehemētia magnitudis vētris ꝛ mollitia mamillarũ: ꝛ q̄ ptrāsit horā in q̄ mouet̃ embrion et nō iuenit̃ i ea oio. imo qñq3 p̄mutat̃ a loco suo ꝑ cōpressionē vehemētē: d̃eide parit post laborē vehemente frustũ carnis cui nō ē forma: ꝛ qñq3 egredit̃ ex ea vētositas grossa ꝛ humiditates pl'ime tātũ: ꝛ detumescit vēter: ꝛ destruũt accidētia. ꝛ accidit m̃lieri huic dolor ex retētiōe spermatis cũ mulier est pl'imi spermatis ꝑ nām: ꝛ est cōsueta viro: deinde abscindit̃ ab ea: ꝛ illud subito sicut dixit Halien⁹ in retētione mēstruoꝝ. ⁋ Et cura ei⁹ est vt i potu tribuas aquā radicũ cũ oleo de cherua ꝛ yerāpigrā: ꝛ medicinas fortes in ꝓuocatiōe mēstruoꝝ: ꝛ diamarte: ꝛ diacurcuma magnũ: ꝛ tyriacā diatesserā: ꝛ sit cib⁹ aq̄ ciceris: ꝛ alfidabegi: ꝛ frixa: ꝛ ea q̄ sũt i patellis: ꝛ da ei i potu ex pillulis fetidis solutiuis doses continuas: ꝛ suppone in matrice collíria fortia in ꝓuocatione mēstruorũ: ꝛ bibat aquā rute ꝛ decoctionem fenugreci ꝛ dactiloꝝ ſm q̄ diximus in ꝓuocatione menstruorũ: ꝛ euaporet ventrē cũ panno calido: ꝛ inungat cum oleo in quo decocta est ruta: ꝛ da in potu post illud medicinas que expellunt embrionem.

⁋ De prefocatione matricis. CAP. LXXXVIII.

Hec egritudo accidit m̃lieri ꝑprie similis epilepsie. S3 differentia isti⁹ ad illā est q̄ mulieri i hac egritudine nō deficit rō sua: neq3 currit ex ore ei⁹ spuma: ꝛ sētit quiddā eleuari ex pte pectinis vsq3 quo ꝑueniat ad os stōi: d̃eide cadit ꝛ superuenit ei sincopis: ꝛ cadit q̄si mortua: ꝛ tũc nō sentit̃ ei pulsus neq3 anhelit⁹: ꝛ qñq3 ꝑfocat̃ ꝛ morit̃: ꝛ qñq3 sanat̃ post laborē ꝛ d̃speratiōne: q̄re oꝫ vt fricent̃ pedes eius vehemēter: ꝛ ligentur extrema: ꝛ ponat̃ sup sumen eius vētosa magna sine incisiōe: ꝛ abstergat obstetrix ei⁹ suos digitos ex cochol: ꝛ fricet cũ eis os matricis: ꝛ sufflетur i nasũ eius cōdisi: ꝛ vociferet̃ in aure eius: ꝛ nō facias ipsam odorare res odoriferas: imo line cuꝫ odoriferis sumē eius. ⁋ Et fit aut ꝑpter retentione menstruorum: aut propter retentionem spermatis. ⁋ Cum ergo mēstrua sũt currētia: ꝛ mulier est inupta: tunc cura ei⁹ est vt nubat. Si aũt illud nō ꝑparat̃: medicinas sumat i potu minorātes sperma ex eis q̄ diximus: ꝛ inungat obstetrix digitos suos ex q̄busdā oleis odoriferis: ꝛ mittat eos in matrice ꝛ fricet eam: ꝛ supponat fisimbriũ cum oleo sambacino. ⁋ Et si mulier ledit̃: tunc cura eius est inunctio cũ oleo sambacino: ꝛ approximet̃ narib⁹ eius pānus adustus ꝛ sulfur ꝛ vētose ponant̃ sup inguina: ꝛ fricent̃ pedes ꝛ cōprimant̃. In hora aũt dimissiōis paroxismi dent̃ medicie q̄ minorēt sperma: ꝛ qñq3 seq̄t̃ ex d̃structiōe anhelit⁹: ꝛ pulsus in hac egritudie in hora paroxismi quiddā per q̄d estimat̃ q̄ egra iā sit mortua: ꝛ qñq3 remanet die ꝛ nocte: ꝛ duobus diebus ſm illud: tunc ergo oꝫ vt assiduet̃ fricatio oris matricis ꝛ odoret res fetidas: ꝛ ponant̃ res odorifere sup matricem ꝛ vesicā ꝛ sumē donec conualescat. ⁋ Cum aũt illud ex retentiōe mēstruorum fuerit: oportet vt flobotomet̃ vena safena: ꝛ vētosentur crura: ꝛ ponāt̃ ventose sup inferiora ventris: ꝛ dētur i potu ea que ꝑuocant mēstrua ex eis q̄ diximus. In dispositione aũt paroxismi cura eadē est vt predicta.

⁋ De difficultate impregnatiōis. CAP. LXXXIX.

Fit propter multitudinē adipis aut ꝑpter paruitatem virge: aut q̄ ligamētũ capitis virge abbreuiatũ est spasmatũ: q̄re nō impellit sperma ad interiora: aut q̄ m̃lier surgit velociter post coitũ ꝛ ambulat ꝛ mouetur: quare cadit sperma: aut pp vētositatē grossaꝫ i matrice: aut q̄ matrix ē frigida: aut lubrica: in qua humiditates plurime sunt superflue cōmixtionis in frigiditate ꝛ humiditate: aut propter malitiam complexionis i multitudine caliditatis ꝛ siccitatis: aut est complexio spermatis mala. Et fit propter emoroidas ēt ꝛ vlcera mala existentia in ipsa: aut pp ꝯuenientiā ꝯplexionis viri ꝯplexiōi mulieris in malitia: aut opilatiōe meat⁹: ꝛ illō fit aut ꝑpter adipē: aut carnē oꝛtam. ⁋ Illius vō q̄ fit ex multitudine adipis signa sunt manifesta: at vero quādoq3 non est super pectus mulieris ꝛ spatulas eius et adiutoria ipsius et coxas eius plurimũ carnis et adipis sed reticulum est plurimi adipis. et signũ illius est descensio ventris vltra mensuram: et frequentia anhelitus cōmouetur: et ledit̃ qualibet ventositate: aut stercore aut ventositate aggregata in ventre et constrictio recipientis. ⁋ Et cura eius est illud quod extenuat et destruit adipem ex eis que diximus in cap'o extenuatiōis pinguedinis: deinde suppositoria adiuuātia ad impregnationē: et sĩlr suffumigatiōes

adiuuantes ad istud. ¶ Cum aũt est opilatio ꝓpter carnẽ que est sicut vesica in meatu aut collũ strictũ eius: tũc cura est timorosa: qm̃ indiget medicinis consumentibꝰ illã carnem. ⁊ nõ fit securitas quin cõmoueant̃ post eas vlcera mala in matrice que erunt difficilis sanatiõis. ¶ Illiꝰ autẽ que est ꝓpter paruitatẽ virge cura est eligere ex mulieribus paruis vnã ⁊ erigere caput eius cũ coitus fit ad inferiora ⁊ eleuare ancas ad sup̱iora quãtũ possibile est ⁊ vehemẽtia ↄtinuationis: ⁊ vt nõ moueat se apud eũonez. ¶ Illius autem que fit ex abbreuiatiõe ligamẽti capitis virge: signũ est ꝙ caput virge est arcuatũ curuatũ ad partem inferiorẽ testiculorũ. Et cura est: vt ĩcidatur ligamẽtum illud paulatim: ⁊ ponat̃ sup̱ aliquod equale: ⁊ extendatur super illud ⁊ ligetur aut leniat̃ cum aliquibus lenificantibꝰ ⁊ ligetur desup̱: deinde extendat̃ equet̃ ⁊ liget̃. ¶ Illa aũt q̃ fit p̱p̱ velocitatẽ erectiõis mulieris ⁊ velocitatẽ motus post coitũ: quare cadit ex ea sperma: oportet vt dormiat post coitũ ancis eleuatis ⁊ capite eleuato apõ coitum ⁊ post ipsum per horã vnã: ⁊ non preparetur subito ad surgendũ: ⁊ ponant̃ super matricẽ ventose que sunt cum igne: ⁊ emplastretur cum emplastris calefaciẽtibus: ⁊ clistericet̃ cum eis que calefaciũt matricẽ ex eis que dicemus. ¶ Cum aũt matrix est frigida: tunc signa eius sũt subtilitas mẽstruorũ ⁊ paruitas rubedinis sanguis: ⁊ paucitas pilorũ in pectine: ⁊ paucitas menstruorũ ⁊ elongatio temporis eorũ. ¶ Et cura eius sũt calefaciẽtia pessaria: ⁊ suffumigatiões ⁊ epithimata que calefaciũt matricẽ: adiuuant ad partũ ex eis que dicemus: ⁊ declinatio cibi ad ea que calefaciũt ⁊ acceptio electuariorũ calidoꝝ. ¶ Illius vero que fit ex lubricitate matricis ⁊ debilitate ipsius signa sũt. embrionis abortus fit anteꝗ̃ magnificet̃: ⁊ currunt ex matrice assidue humiditates plurime: quare opꝫ vt administret̃ vomitus cũ eis que educũt flegma: deĩde supponat̃ colliriũ ex ĩterioribus colloquintide ⁊ sarcocolle ĩ recipiẽte: deinde clistericet̃ cum aliquibus odoriferis stipticis ex illis que cõfortãt matricẽ de illis que dicemꝰ: ⁊ ponat̃ super ipsam ex illis etiam: ⁊ sint cibi eius frixi ⁊ ĩ patellis preparati ⁊ administretur regimen exiccatiuũ. ¶ Illius vero que fit propter grossam vẽtositatẽ in matrice signa sũt inflatio suminis semp̱ ⁊ noceri a cibis inflatiuis ⁊ abortus anteꝗ̃ magnificetur embrion. ¶ Et cura eius est aqua radicũ ⁊ oleũ de cherua in hora in qua nõ ẽ pregnatio: ⁊ oĩa que exiccant ventositatẽ: ⁊ illa quibꝰ matrices frigide curant̃ ex suffumigationibꝰ ⁊ alys. ¶ Illiꝰ vero qui fit ꝓpter superfluitatẽ caliditatis eius signa sũt extenuatio mulieris: multitudo piloꝝ in sumine ⁊ paucitas menstruoꝝ ⁊ grossitudo eorũ ⁊ nigratio eorũ. Et cura eius est regimen impinguatiuũ qd̃ equat complexionẽ eiꝰ cum cibis infrigidãtibꝰ vl̃ temperatis vsqꝫquo impinguetur corpus ⁊ minoret̃ ipsius inflãmatio. ¶ Illius autẽ q̃ fit ex siccitate matricis signa sũt extenuatio mulieris: paucitas mẽstruoꝝ ⁊ siccitas vulue assidua. Et cura eiꝰ est dilatatio in cibo ⁊ assiduatio balnei ⁊ vinum plurime ↄmixtiõis ⁊ assiduatio coitꝰ ⁊ administratio oleoꝝ: ⁊ adipum et pessaria leniẽtia. ¶ Illiꝰ aũt que fit ex emorroidibꝰ ⁊ vlceribꝰ malis nascentibꝰ ĩ matrice. Cura ẽ id qd̃ diximꝰ añ: nã ĩpinguatio nõ fit nisi ex sanitate ĩ mr̃ice. ¶ Illius ãt q̃ fit p̱p̱ malitiã cõpl̃onis sp̱matis: ita vt sit vehemẽtis cal̃itatꝭ aut vehemẽtis friditatꝭ signa sũt sig̃ cõpl̃onis corp̱is calidi ⁊ corp̱is fridi ⁊ citrinitas spermatis ⁊ paucitas eius: et fetor odoris eius est significatio exitꝰ ab equalitate ad calorem: ⁊ exuberatio eiꝰ ⁊ subtilitas ipsiꝰ est significatio exitus eius ab equalitate ad friditatẽ: ⁊ nõ p̱uenit malitia cõplexiõis spermatis ex siccitate ⁊ humiditate ad hoc vt ꝓhibeat generationẽ nisi ↄtingat vt inueniat parẽ ⁊ ↄueniẽtem: ⁊ fiat fortis tunc. ¶ Et cura istoꝝ ẽ cũ declinatõe cõpl̃onis cal̃e ad friditatẽ ⁊ frigide ad caliditatẽ cũ cibis ⁊ medicinis ⁊ regimine subtiliãte: ⁊ vt opponãt̃ viri calide ↄpl̃onis mulieribꝰ fride complexionis ⁊ econuerso. ¶ Et ꝓhibet ad impregnationẽ ẽt vt sit ↄpl̃o viri cõueniẽs cõplexioni mulieris cum sũt ambo sil̃is male ↄpl̃onis. Et cõferũt impregnatiõi cum opponũt̃ oĩ compl̃oni cum eo qd̃ ipsi est ↄtrariũ: ei v̉o qui est equalis ↄpl̃onis cõuenit cum ea que est inequalis ↄpl̃onis: ⁊ multiplicat̃ eoꝝ generatio cum aggregatiõe ipsoꝝ. plures nancꝫ viroꝝ nõ generant ex muliere: ⁊ p̱mutãt eam pro alia: cuius ↄpl̃o cõtraria est complexiõi illiꝰ ⁊ generãt: ⁊ sil̃r se habẽt res in mulieribꝰ. consideret̃ ergo id priꝰ in capitulo cognitionis ↄplexionũ ⁊ fiat ẜm suũ esse: ⁊ ad impregnationẽ iuuat semen baucie qñ potat̃: ⁊ radix eiꝰ qñ comedit̃. Et ex rebus que supponunt̃ est ameos cũ terit̃ ⁊ miscet̃ cum medulla ossis cerui aut vituli: ⁊ supponit̃ cũ lana ante horaz coitus: ⁊ sil̃r coagulũ leporis qñ p̱miscet̃ cũ butiro cocto: aut stercus vulpis cum oleo ro. cũ supponit̃ cũ lana. Et ex eis que faciũt illud cum ꝓprietate sui est vt mulieri supponatur succus albulbuc cũ lana. ⁊ sil̃r cum semen albulbuc masculi supponit̃ post conceptionẽ parit mulier masculũ: ⁊ qñ supponitur semen femine parit feminã.

¶ De sterilitate. CAP. XC.

Sit sterilitas aut in viris aut ĩ mulieribus absqꝫ aliqua cãrũ quas diximꝰ: ĩmo per ꝓprietatẽ que est in spermate: sicut est dispositio arboris nõ fructificãtis. Et primi quidẽ dixerũt ad cognoscẽdũ illõ capitula pl̃ima que nos nõ dicemus amãtes breuitatem.

¶ De his que prohibẽt impregationẽ. CAP. XCI.

PRohibet illud erectio ml̃ieris post coitum velociter: saltus eiꝰ ad posteriora ⁊ ad partẽ yrioꝝ ⁊ saltus frequẽs ⁊ descensus a gradibus cum velocitate: ⁊ supponere alchitrã ⁊ aquã rute ante coitum: ⁊ post ip̃m suffumigatio ĩ traiectorio ex nuce cipressi ⁊ serapio ⁊ mirra: ⁊ comestio ex ruta ⁊ cepa ⁊ oleribus acutis: ⁊ vt supponatur fel vaccinũ ⁊ frustũ salis gẽme ⁊ eleuatio pedũ sup̱ parietes hora vna: ⁊ vt bibat radices narcisci: ⁊ qd̃ ẽ superius algarab ⁊ folia eius: ⁊ qd̃ est superius vitis cum bibũtur simul: aut singulariter: ⁊ si bibit ista ante horam partꝰ iuuabunt ad partum.

¶ De his que facilem partum efficiunt educunt secũdinã ⁊ egredi faciunt fetum. CAP. XCII.

FAcilis fit partꝰ si assiduet mulier introitum in tinam ⁊ balneũ in die aliquotiẽs ante horã partus p̱ mensem: ⁊ nõ ꝓlonget sessionẽ in ea: ⁊ inungat dorsũ cum oleo de narcisco ⁊ de ben de lilio. ⁊ similiter qd̃ ẽ inferius totũ ventris: ⁊ comedere ex iuribꝰ pinguibꝰ: ⁊ cum presens est hora partꝰ nõ multiplicet p̱mutationẽ de latere ad latꝰ. ĩmo extendat pedes suos: deinde erigat̃ super eos subito aliquotiens: ⁊ humefiat os matricis cum oleo sisamino aliquotiens aut oleo de ben: aut de narcisco aut de lilio: aut fundat in ip̃m mucillaginẽ se. lini aut mucillaginem altee si fuerit vehemẽtis siccitatis ⁊ nõ videris humiditatẽ oĩo. Et si difficilis fuerit scissionis secundina findat eam obstetrix vnguibꝰ suis aut cultello paruo: ⁊ si difficilis sit partus: sumat in potu trociscos de mirra ⁊ decoctionẽ fenugreci ⁊ dactiloꝝ cum ruta: ⁊ cõfortetur cũ aq̃ carnis ⁊ soluatur de gallia quantitas sexte. ℥. i. partis ĩ vino: ⁊ sumat ex eo in potu vna vice post aliam: ⁊ suffumigetur cum mirra ⁊ oppoponaco aut castoreo ⁊ beçerab per traiectoriũ: ⁊ eycit fetũ ⁊ secundinã ⁊ sternutatio cũ cõdisi: ⁊ detur in potu mirra cum aqua rute: de qua detur aur̃. i. cum. ℥. 5. aque rute. ¶ Si autem partus difficilis fiat: ⁊

moriatur fetus: tunc da ei in potu trociscos d gūmis que sunt in antidotario: ipsi. n. eyciunt partum statim: et suffumigetur mulier etiam cum eis: et sedeat mulier in aqua in qua decoctum est calamentum campestre.

¶ Ex eis q̄ facilē efficiūt partū cū ꝓprietate q̄ ē i ipsis ē radix bothormarien sicca qñ ligat̄ sup coxam mulieris.

¶ De exitu matricis ani et umbilici. CAP. XCIII

Confert eis sessio in aquis stipticis sicut aqua cucūeri quā dicturi sum⁹ et inungat̄ cum oleo ro. et pulverizet̄ desup medica mē stipticū et infrigidētur: et post illud sedeat in aqua de cucuma et abluant̄ cum ea: cū aūt matrix iam egressa est: tunc necessarium est cū h ut ponant̄ vētose: aut ollula sup pectinē corā duobus inguinib⁹ et ut frequentetur cura.

¶ Cōfectio medicaminis stringentis umbilicū cū egreditur post partū sumat̄ tenta et involuat̄ sup ipsaz pānus et accipiatur minutū thus et ꝯficiatur cū albugine oui: et liniat̄ cū eo super umbilicum et impleatur ipso.

¶ Medicaminis aūt stiptici ꝯfectio. ℞. karabi thus. balaustias gallas antimoniū: acatiā et alumē cribellata et iūgant̄ et pulverizet̄ sup anū et umbilicū: et qñq3 addit̄ i ipo cerusa ꝓm mensuram unius illorum.

¶ De signis pregnationis. CAP. XCIIII.

De signis ꝓgnatōis ē q vulua post coitū ē sicca i q̄ humiditas nō ē: et q mulieri accidit pigritia et tarditas et declinatio ad somnū: et coartatur os matricis post illud adeo: ut in ipsa non egrediatur stilus.

¶ Ista ergo sunt signa q̄ nō faciūt errar̄. cū ergo ꝓterierit dies retinet̄ mēstrua et pupilla mamille denigrat̄ et commouentur mala desideria et nausea et apparet malitia coloris et pannus.

¶ Signa masculi fetus et femine. CAP. XCV.

Bonitas coloris mulieris et paruitas appetitus coit⁹ et pāni paucitas sūt significatōes q est masculus: Et multitudo pāni et malitia coloris et multitudo maloꝝ desiderioꝝ cū supfluitate significāt ꝓgnatōez femine. ¶ Inflatio pupille mamille dextre et nigredo ei⁹ significant masculum et sinistre feminam.

¶ Et euēt⁹ sanguinis ad foramen naris dextre ꝓus sigt masculū: et eꝯ feminā. Et levitas motuū sigt masculum.

¶ Et sil'r grauitas motuū significat fe. Et sil'r grauitas in latere dextro et rubedo maxillaꝝ significant mas. et earū nigredo significat fe.

¶ De egritudinibus ani. CAP. XCVI.

De egritudinibus ani sunt emorroides et fistule et iflatio venaꝝ et mollificatio ani et ragadie et vermes parui: et exitus ani cum fit egestio.

¶ De emorroidibus alie sunt eminētes: alie ꝓfunde. de eminētibus q̄dā sunt veruce dure: et q̄dā sunt molles: crudū emittentes humorē et nominat̄ morales: et quedam sunt humide sanguinee.

¶ Et cura quidem eaꝝ q̄ de moralib⁹ humide sunt: est ut capiant̄ cū instrumēto emorroidaꝝ et icidāt radicit⁹: et si fuerint plures numero nō incidātur oēs una vice: et pyciat̄ sup eas post icisionē alumen: acatia et balaustie et pulvis molēdini: postq3 cucurrerit res ex sanguine mag̃ nisi retineat̄ sanguis ex seipso obediens. Si āt accidat apatainde et dolor difficilis. qd q̄dē plurimū fit cū de eis icidit̄ plurimum et finitur et elaboratur subtiliter in finiendo: et non descendit sanguis qui currit post incisionem: quoniā accidit in illa dispositione ut apostematur anus adeo: ut retineantur urina et sterc⁹: et dolor fiat tūc oꝫ ut fiat sessio ꝓp hanc egritudinē: in aq̄ cal'a in qua decocta sūt folia altee: et in q̄ ꝓiecta sunt semen lini et folia caulium.

¶ Si vo sanguis q ex eis currit ñ fuerit plim⁹: tūc flōmet̄ basilica et ēplet̄ emplo d cepe: et ēplo vitelli oui qd dicem⁹: et fiat minoratio cibi et pot⁹: ne multiplicet̄ urina et egestio tribus diebus donec sedetur apostema.

¶ Et qñq3 curatur iste q icisionē cū ferro abhorret ita ut ligent̄ cū pilis aut filo forti subtili. Et opꝫ si ex ligatione dolor cōmoueat̄: aut apa ut administret̄ ea que dixim⁹. Et curentur cū medicamie acuto: ita ut pulverizet̄ desup una vice post aliā vicē donec denigret̄: deiñ emplet̄ cū caulibus elixatis: et butiro donec cadant: et ferrum quidē convenientius est ei magis incolume: medicamen enim acutum non fortasse saluatur ex dolore vehementi: aut apostemate. ¶ Et meli⁹ q̄dē cū vis icidere emorroidas aut ligare et medicare eas cū medicamine acuto ut ꝓmittas añ illud flobotomiā basilice: et q̄dā suffumigāt emorroidas cū anacardis et assiduat̄ illud usquequo denigrentur et extenuentur et cadant.

¶ Cōfectio medicamis eradicātis emorroidas mirabil'r ℞. iusqami sicci nigri aurei. y. succi iusquiami albi aurei .iiy. aluminis iameni: calcadis añ aurei. y. affi⁹ aur̄. i. cerusse tātūdē. terāt̄ et misceāt̄ cū cera dissoluta. cum oleo ro. et liniatur super pannum et ponatur desuper.

¶ Or si fuerit emorroides iteri⁹ tūc admistret̄ h colliriū qm eradicat eas cū fortitudie cui⁹ ꝯfectio. ℞. arsenici ru. et citri. alumis iameni: et alkali ptes eq̄les terāt̄ et ꝯficiāt̄ cū aq̄ granatoꝝ: et liniāt̄ cū eo loca eminētia et liniat̄ i circuitu eaꝝ cū cera ꝓpata cū o'lo ro. et sedeat eger elevatis coxis suis et expectet hora medig. nā emorrois dtumescit et cadit et eradicatur radicitus. Et oportet ut curatio fiat. hoc medicamine in sole: aut iuxta ignem.

¶ Cōfectio medicamis qd pōit̄ sup anū p⁹ icisionē emorroidaꝝ. ℞. acatie rubee pure: scorie plūbi amboꝝ añ. aurei. iiy. coriādri sicci aur̄. y. terāt̄ et misceant̄ cribellata: et ꝯficiāt̄ cū aq̄ et liniāt̄ sup pānū et ponat̄ sup anuz et ex eis qb⁹ curāt̄ moz et emōrois et abscidūt ea: et faciūt ipa cadere cū facilitate i tpe lōgo ē ut suffumiget̄ cuz folys mirti sp et sedeat eger i dcoctōe eaꝝ. extenuāt̄. n. et denigrāt̄.

¶ Et sil'r suffumigatio cū cortic⁹ capparis et radicib⁹ ei⁹ pulpa colloquintide et mirra et nuce cipressi: et ista valet emorroidibus parvis.

¶ Ad emorroidas vo magnas fortes plenas ꝯfirmatas ñ valet: nisi icisio: aut medicamē acutū. at vo eis q̄ ꝓfunde sūt: et sūt sāguīee: nō ē curatio nisi medicamē acutū de q̄ sup eas pulverizat̄: donec dnigret̄: deiñ emplent̄ cū caulib⁹ et butiro: et iteret̄ istud donec finiat̄ caro mala tota: deiñ curet̄ cū pulvere gñativo carnis donec extennet̄ et ꝯsolidet̄. ¶ Sāguīee āt si nō sūt plene i qbusdā haꝝ dispōnū et iflāt̄ et dolorē faciāt vehemētē: dimissio accedēdi ad eas ē rectior. ¶ Si āt iflate sūt et replēt̄ et dolorē faciūt: oꝫ ut liniāt̄ cū succo cepe aut felle tauri: aut unguēto viridi acuto: et toleret̄ id donec currat ex eis sāguis. qz sic sedāt dolor: et ꝓmittat̄ añ id flōmia basilice: ipsa. n. cōfert oib⁹ spēb⁹ emorroidaꝝ: et cū emorrois ē ꝓfūda sāguinea et caput ei⁹ ē itra anū: oꝫ ut ponas vētosā circa anū et extrahat̄: deide curet̄. ¶ Et ꝯfert emorroidib⁹ abstinētia ciboꝝ q gñant sāguinē crossū sicut lētes caro vaccia: aluimacsud: caro salita: fabe: case⁹: et medicie: et cibi acuti cal'i q adurūt sāguinē et denigrāt eū. nā emorroides non gñant̄ nisi ex adustione et acuitate i sāguie. Sicut pip: alia: cepe: et ꝯdimēta cal'a: nā i illo i cui⁹ sāguie nā ē acuitas emorroides necessario gñant̄. In hñtib⁹ vo sāguinē dulcē et carnes teneras humidas nō fortasse gñat emorroida: q̄re oꝫ ut ille i q̄ icipit emorrois ꝓfūda: et sāguica flōmet ex basilica et solutōe educat melācoliā multotiēs et

dimittat cibos crossos ꝛ acutos ꝛ vinū nigꝝ crossuz ꝛ oīa que inspissant sanguinem.

¶ De fistul' i ano ꝛ i oīb⁹ locl q̄ effūdūt sāg. C. XCVII

De fistulis qdā sūt penetrātes quoꝝ signū ē ꝙ ex eis egredit̄ ventositas ꝛ sterc⁹: ꝛ de eis sūt n̄ penetrātes ex qb⁹ nō egredit̄ vētositas: neqꝫ aliud ꝛ penetrātes qdē nō sanant̄ nisi cū ligatōe ꝛ extractiōe cū falce. deide curant̄ cū medicamine icarnatiuo: ꝛ ipsuz qnqꝫ ɔficit i vnguento basilicon: ꝛ qnqꝫ gnāt̄ ex ligatura sup omētū ꝙ egreditur fex absqꝫ volūtate quoad vixerit post illud: q̄re oꝫ caueat̄ ligatura qđ ē ſm hūc moduz: ꝛ hoc qdē fit i eo i quo caput fistule lōgiquū ē ab ano valde: in illa aūt q̄ ano ꝓpinquat nō est timor. nō penetrātes aūt oꝫ vt curent̄ cū medicamine acuto qđ dixim⁹ ꝑcipue in capl'o fistule q̄ ē in lachrymali ꝛ medicamine qđ intromittit̄ i ea: deide ifundat̄ i ea butirꝝ recēs: deide ifundat̄ i ea medicamē icarnatiuū qđ subtiliatū sit sicut aq̄ mell'.

Ad ragadias āt si ē febris ꝛ ē apa ātiquū i qbusdā dispositiōib⁹ ɔfert flōmia ꝛ vnguētū de cerusa. Si ṽo nō ē apa: neqꝫ acuitas ɔfert empl'm de vitell' ouoꝝ ꝛ inūctio cū oleo de nucleis crisomiloꝝ i quo qdē ponit̄ bdellium Et silr̄ ɔferūt ragadys pectinis ꝛ matricis ꝛ virge ea que ɔferūt ragadys ani ꝛ suffumigatio cū bdellio cui supiacitur adeps ꝛ ɔfert eis qn̄ sunt veteres vt fricet̄ donec currat ex eis sanguis plurimus: deide curet̄ cū basilicon.

¶ Et ɔferūt ragadys ꝛ spēb⁹ emoꝛroidaꝝ pillule de bdellio ꝛ suffumigatio ſpoly serpentis ꝛ cortices radicuz capparis ꝛ bdellium ꝛ serapinum.

¶ Et ɔfert ēt ragadys adeps gallīe ꝛ adeps anat' qn̄ terit̄ cū ɔꝛag. ꝛ sedeat eger i aq̄ cal'a: deīn emplet̄ cū eis.

¶ Et ɔfert eis vnguētū ſcm̄ de litargiro ꝛ oleo ꝛ gūmi granoꝝ alkedra cū ex eo inūgunt̄. Illi ṽo q ledit̄ eo qđ currit ex ragadys ɔfert sessio i aq̄ cucume ꝛ adheret̄ ano cotū vet⁹ antiquū ībibitū in aq̄ aneti siccatū p⁹ illud ꝛ puluis molēdini: ꝛ puluis vrceoloꝝ abrasorum.

¶ De disruptōe venaꝝ in ano. CAP. XCVIII.

Disruptio qdē vēaꝝ ē qn̄ currit sāguis ex ano cū distillatōe aut ipulsione ɔtinua: ꝛ nō oꝫ vt abscindat̄ iste sanguis dū nō debilitat ꝛ dū ꝑmanet nigricoloris. Si aūt egredit̄ cū ipulsu ēt ꝛ dispositōe aliq̄ ꝛ facit icurrere tremorē cordis ꝛ debilitatē amboꝝ geniculoꝝ ꝛ nō retinet̄: oꝫ vt i potu dēt̄ i illa hoꝛa trocisci de karabe cū aq̄ sumac: ꝛ filoniū qđ ego dicā cū aq̄ sumac ꝛ comedat cibū ɔditū cū aq̄ sumac: aut cū agresta ꝛ assiduet an̄ paroxismū flōmiaꝫ basilice ꝛ dimissionē ciboꝝ q acuunt sāguinē ꝛ multiplicāt ipꝫ ꝛ silia ſm qđ dixim⁹ q multiplicāt cursum sāguis. Et si currit cū ꝑiodis i hoꝛis ꝛ nō debilitat̄ corp⁹ ꝑ ipꝫ nō oꝫ vt abscindat̄. cursu nāqꝫ ei⁹ a plib⁹ fit euasio egritudib⁹. Cū āt i sūmo abūdat: tūc opꝫ vt nō fit negligētia i ipso: facit. n. incurrere ydropisim.

¶ De mollificatione ani. CAP. XCIX.

Ex ea quidem fit exitus fecis sine voluntate. Si autez fuerit illud post ligationez fistularum: aut cū casu super dorsum: ꝛ mollificantur cum ea pedes: ꝛ accidit ei subito illđ: tūc nō ē ei curatio.

¶ Cum autem accidit illud ex percussione aut casu paulatim: tunc confert ei vt emplastrentur ꝛ inungantur spondiles inferiores que sunt ex spondilibus dorsi cum eis q̄ diximus in cura paralisis: ꝛ sedeat eger in aqua cucume in qua decocta sunt cum commixtis nux cipressi: costus: spica nardi: mirra rosa: mirtus ꝛ capita granatoꝝ ꝛ similia. Egressionē ṽo ani iam diximus in exitu matricis.

¶ De vermibus ani. CAP. C.



Quidam sūt magni ꝛ qdaꝫ parui. Signa eoꝝ sūt prurit⁹ ꝛ cōmotio i ano ꝛ qnqꝫ sūt siles vermib⁹ casei: quoꝝ cura ē sup ponere oleū d̄ oliuis albis ꝛ oleū ablutū quo usqꝫ fiat albū qđ ponit̄ i alys oleis aut olꝫ de nucleis crisomilloꝝ: aut oleū de kerua aut aquā rute: aut aliqđ de aloe: aut fel vaccinū: aut aquā calamēti: aut aq̄ lupinoꝝ. aut pulpā collogntide ꝛ salē. Et sūt qdā eoꝝ lōgi ꝛ lati. Et curant̄ potu medicine educētis eos ſꝫ ꝙ narrabo: ꝛ oꝫ i ꝑmis vt nō cibet̄ i matutis: ꝛ toleret id donec laboꝛet laboꝛe ɔueniēti sup famē. Deide sorbeat aliqđ lactis ita vt cū fecerit illud dieb⁹ aliqb⁹ dissoluat medicamē i lacte: ꝛ addat i illa die i laboꝛe ꝛ fame: deīn bibat ipꝫ post id: ꝛ cū expulsi fuerit vermes tūc abhoꝛreat p⁹ id cibū vnctuosū ꝛ cretā ꝛ frumētū viscosū panē azimū: ꝛ caseū humidū: ꝛ cibet̄ tpe famis bucella panis cuz muri ꝛ sinapi: aut sumat aliqđ ex oliuis amar' ꝛ imatur': aut chamich capparis: ꝓhibet enim redire eos.

¶ Et signa vermis in vētre sūt citritas coloꝛis ꝛ velocitas cōmotōis famis: ꝑuitas tolerātie ei⁹ ꝛ vehemētia moꝛdicatōis: sincopis doloꝛ i vētre tpe famis: sēsibilitas eleuatōis ipsoꝝ ꝛ inuolutōis eoꝝ i illa hoꝛa: ꝛ aqua currens ex oꝛe ꝛ egressio ei⁹: aut ex iferioꝛi regione: aut ex supioꝛi cū laboꝛ adest aut feb. acuta. Cū ḡ accidit doloꝛ i vētre vehemēs facit icurrere rē sileꝫ epilīe ꝛ sincopi ꝛ spasmo ꝑꝑ vehemētiā suā. Si ḡ videris id i hoīe ex quo vermes egrediuntur: tunc scias ꝙ est ex vermibus.

¶ Incipe ḡ ꝛ line vētre cū pulpa collogntide ꝛ aq̄ rute ꝛ felle vaccino. Et si doloꝛ fuerit vehemēs valde ꝛ eger iā icurrit epiliāꝫ ꝑꝑ vehemētiā ei⁹: tūc icipe ꝛ da ei i potu lac ita vt cū sedat̄ doloꝛ paulati line vētrē ei⁹ ex eis q dixim⁹: si ergo ceciderit tūc iā sufficit tibi: ꝛ si nō cadunt: da ei i potu medicamē extrahēs eos: ꝛ n̄ negligas tūc: qm̄ accidūt eis accidētia mala valde.

¶ De hernia ꝛ ruptura ꝛ apatib⁹ q̄ fiūt i testicul'. C. CI.



Fit propter egritudinē i mirach ꝛ est ruptura aneribatū ſꝫ virtutē: cui⁹ signa sūt: ꝙ qn̄ resupiat̄ eger sup dōsū suū ꝛ ponit manū suā sup eā redit ad locuz suū. Et curā qdē ei⁹ medici ꝑtermiserūt: ꝛ non sūt ea vsi: qm̄ ē i ea timoꝛ: ꝛ addit̄ ꝛ nō curat̄ ꝛ medicat̄ vt nō addat̄ hac curatōe: oꝫ. n. ne ille q rupturā hꝫ moueat̄ post cibū oīno ꝛ ꝓpe p⁹ potū vini aut aque: ꝛ deuitet cibū oēꝫ iflatiuū: ꝛ ad sūmū repleri ex cibo ꝛ potu: ꝛ medullas ꝛ olera ꝛ fruct⁹ humidos: ꝛ ꝑficiat totū qđ sibi necessariū ē an̄ comestionē deide p⁹ comestionē adhereat resupiationi: si fuerit sedēs: fit mirach ei ɔstrictū: ꝛ nō festiet ad surgēdū cito: imo postqꝫ strixerit ipsā ꝛ posuerit manū suā d̄ sup ꝛ cōpresserit ipsā ad iterioꝛa: ꝛ nō oꝫ vt ponat sup eaꝫ cū ɔstrixerit pilā: qm̄ ipsa dilatat eā: imo iuolutōeꝫ q̄dratā refrenātē eā: ꝛ empletur ēt cū emplo rupture ex eis q̄ dicem⁹: ꝛ assiduet stricturā. nā qnqꝫ sanat̄ oīo cū istis emplastris ꝛ strictura qn̄ ruptura ē ꝑua: aut ē in coꝛpe humido: assiduet ergo medicias q̄ resoluūt iflatōeꝫ ex eis q̄ dixim⁹ i colica: ꝛ nō coeat nisi cū strict⁹ ē vltia ɔstrictiōe: ꝛ vēter lenis vltie: ꝛ caueat sessionē i aq̄ cal'a ꝛ lōgitudineꝫ effusionis aq̄ cal'e sup eā ꝛ luctamē ꝛ salt⁹ ꝛ deābulatōeꝫ laboriosā sup eā: ꝛ descēsum ex gradib⁹ cuz velocitate: ꝛ onus graue ꝛ vociferatōeꝫ vehemētē. Ista. n. dilatāt rupturā imo faciūt ipsam etiā accidere quandoqꝫ.

¶ Et fit i testiculo: ꝛ qnqꝫ fit absqꝫ ruptura. s. ex dilatatiōe meat⁹ q ē i neribatū ꝛ magnificat̄ cistis testiculoꝝ: ꝛ illud ad vltimū aut est ruptura aut ē dilatatio hui⁹ meat⁹. q̄re ad ipꝫ descēdit ꝛ cadit i ipꝫ aut zirbū aut itestia: aut vētositas: aut aq̄: aut apata q̄ eueniūt icipiētia i testicul' ꝛ cisti eoꝝ. ¶ Signū itaqꝫ rupture ē ꝙ qn̄ tu ꝑcceris egrū su-

per collum suum ⁊ eleuaueris pedes eius: ⁊ compresseris dorsum eius: ⁊ posueris manū tuā super locū: ⁊ presseris ipm: redibit deorsuȝ aut totū aut pars eiꝰ: ⁊ cum rugitu ⁊ sine rugitu: aut cum facilitate: aut cuȝ difficultate. Illud ergo qḋ redit cum rugitu plurimo est ventositas: ⁊ id qḋ redit cum rugitu minore illo est ex intestinis. Et illud qḋ redit sine rugitu plurimo ⁊ cū difficultate ē zirbum: ⁊ zirbū qdē ⁊ intestina redeūt cū difficultate. Et vētositas sine difficultate. ¶ Et cura eoꝝ sil'r ē vt reducātur cū facilitate. Si aūt non redeat cū cōpressione: tūc sedeat eger in aqua ca. ꝑ horā vnā post vacuitatē vētris ⁊ ꝓmat desuꝑ post illud. tunc si redierit bene erit. ⁊ si nō redierit addat in aqua calida donec redeat.

¶ Cū ergo redierit emplastrabis cū emplo rupture adherēte ⁊ vētositatē effugāte ⁊ assiduet stricturā ⁊ nō dissoluatur in minore spacio decem dierum ⁊ administra de cibo ⁊ regimine ea que diximus.

¶ Cum autem magnitudo cistis testiculoꝝ ē ex eo qḋ funditur in ipsa: tūc signa eiꝰ sūt grauitas ⁊ qḋ est apa splēdidū cum paucitate vrine ⁊ magnificatur valde.

¶ Et cura eius integra cū qua nunq̄ȝ redit est vt cauterizetur ⁊ ꝑforet̄ ⁊ post ꝑforatōeȝ euacuet̄ qḋ ī ea ē: ⁊ ꝑforet̄ a duabꝰ partibꝰ ꝯmissure duoꝝ duoꝝ cū capite flobotomi ⁊ curret ex ea aqua sicut currit sanguis ex flōia. Qḋ si fuerit plīma ⁊ mag̃ valde: tūc nō oportȝ vt euacuet̄ ī die vna. sed in duobꝰ diebꝰ postq̄ȝ egro datū fuerit aliqd q̄ ꝯfortet̄. fortasse. n. faciet accidere sincopim: dū aūt nō cauterizat̄ redit post dies ⁊ mēses ⁊ īdiget ꝑforatōe pꝰ mēses.

¶ Que āt huiꝰ gn̄is minor ē curat̄ sine ꝑforatōe: sȝ cū medicinis q̄ exiccant aquā ex eis quas diximus ī ydropisi.

Et fit apa cal'z ī testiculis ex cal'itate: cuiꝰ signa sūt rubedo colorꝭ ⁊ cal'itas tactꝰ vehemētia pulsatōis.

¶ Cura eiꝰ ē flōmia basilice ex latere apatis: ⁊ si ābo sint apostꝭ: tunc ex latere dextro. ⁊ ponant̄ herbe desuꝑ īfrigidātes ⁊ sedeat in aq̄ frida: ⁊ īuoluat̄ suꝑ ipm pānꝰ ībibitꝰ aceto ⁊ aq̄ ro. ⁊ liniāt̄ cū qbusdā epithimatibꝰ q̄ ꝯueniūt apati acuto: ita vt qn̄ sedat̄ pulsatio īcipias in resolutione apatis cū leniētibꝰ resoluētibꝰ in ꝓmis: sicut cū farina fabaꝝ ⁊ ciceris albi ⁊ camomilla ꝯfectis cū mucillagīe psily ⁊ mucillagīe lini ⁊ cū careno: deinde cū eis q̄ sūt fortis resolutōis ⁊ lenificatōis si īdiget illis: sicut bdelliū armoniacū ⁊ mirra ⁊ adeps subtilis ⁊ reliqua q̄ dicemꝰ in cura apatꝭ duri: ⁊ empl'a q̄ resoluūt apata crossa testiculoꝝ.

¶ Et sunt ex eis frigida crossa ⁊ iam diximus curam eoꝝ in cura apostematis frigidi.

Apostema āt virge fit ēt ex vētositate vaporosa ī q̄ ē cal'itas parua replēte ipsā ⁊ īflāte ⁊ tēdēte ipsā vt chorda: ⁊ addēte ī lōgitudīe ⁊ latitudine ipsiꝰ. Et ēt ex apate molli: veꝝ dr̄ia istiꝰ ad ꝑdictū ē ꝙ īflatio ex vētositate nō cedit tactui cum tangitur.

¶ Sed apostema molle cedit cum tangitur.

¶ Et cura apatis mollis fit hoc medicamine. ℞. folia vitis recentia. xxx. numero: thuris aure. ij. cere aur̄. v. terātur ⁊ emplastretur cum eis virga.

¶ Cura inflationis ex ventositate vaporosa que plurimū accidit adolescentibus est flobotomia: ⁊ vt liniatur virga ⁊ testiculi cum ceroto huiusmodi. ℞. cere partem. i. oleiro. partes tres: dissoluatur cera cuȝ oleo ⁊ ponatur ī mortario ⁊ proyciatur desuper ex aqua frigida: ⁊ moueat̄ sēper donec nō recipiat aquam ⁊ detur in potu ex aqua nenufaris aut semine eius. Si autem nō fuerit cal'itas manifesta: tunc da ei in potu semen agni casti: aut rutaȝ quoniam est sanitas eius.

Ramici autem infantium cuius color est albus cōfert vt distilletur in foramen virge sambacinū oleum: ⁊ empl'etur cum bdellio dissoluto cuȝ vino ⁊ ingenietur vt paruꝰ fit fletꝰ pueri ⁊ stringat̄ ramex ⁊ minoretur ex lacte: ⁊ si fuerit ruptura emplastretur cū emplastro faciēte adherere: qm̄ multotiēs operatur ī ea.

¶ De podagra ⁊ doloribꝰ iūcturaꝝ CAP. CII.



Plurimum fiunt ex humore crudo cui ꝑmixtū est aliqd colere ⁊ ꝭm minꝰ ex sanguīe indigesto: ⁊ qn̄q̄ȝ ē cū eis cal'itas vehemēs: ⁊ nō noīat̄ podagra: nisi q est in iūcturis pedū: qbꝰ ꝓpriū est ꝙ apa eorū nō fit saniosum ⁊ nō facit collectōeȝ saniei: sicut reliq̄ apata. Sȝ aut resoluit̄ aut incrossat̄: ⁊ fit lapis ⁊ rūpūtur ex eo digiti: ⁊ egrediūt̄ ex eis res diuerse ex sicco ⁊ hūido

¶ Et sig̃ doloris iūcturaꝝ ex cal'itate st̄ rubedo coloris loci ⁊ cal'itas tactꝰ. ¶ Cura eiꝰ ē flōia ex sinistra manu si ē ī dextro ⁊ eꝯ. Et si ē in pede sinistro ex manu dextra: ⁊ si ī dextro ex manu sinistra: ⁊ nō oȝ vt dimittat̄ flōmia ī hac egritudine ꝑꝑ ꝓpinqtateȝ t̄pis flobotomie. Sȝ oȝ vt fiat flōmia cū īcipit apa ⁊ dolor ⁊ pulsatio cū cal'itate ī iuncturis ꝭm ꝙ diximꝰ: ⁊ ꝑcipue si ē apa quātitatis magne ⁊ rubei coloris. Si nō est magne quātitatis: neq̄ȝ vehemētis caliditatis: sed est cū hoc caliditas: necessaria est flobotomia: veꝝ extrahat̄ sanguis minus: ⁊ sit ꝯtentꝰ post illud eo qḋ educit colerā ex eis que ꝓpria sunt doloribus iuncturaꝝ calidis ex decoctionibus ⁊ pillulis quas dicemus cōuenientes dolori iuncturaꝝ calido: ⁊ post id liniatur cum epithimatibus que dicemus: ⁊ declinetur ī apate magne quātitatis rubei coloris ad oē epithima in quo sunt frigiditas ⁊ stipticitas que dicemꝰ ꝯuenientia apatibus sanguineis ⁊ iūcturis ⁊ in apatibus: quoꝝ caliditas ē magis augmētata q̄ȝ ipsoꝝ rubedo ⁊ magnitudo: necessariū ē declinare ad illa que īfrigidāt: preter ꝙ stipticitatē faciūt: aut si faciūt stipticitatē plurimam ex eis q̄ medici noīant epithima apatū rubeoꝝ ⁊ apatū colericoꝝ: ⁊ sil'r fiat in cibo ⁊ assimilet̄ cū sunt apa sanguinea: quoꝝ signa sunt ea q̄ diximꝰ. s. magnitudo quātitatis apatis ⁊ vehementia rubedinis coloris cum caliditate tactus.

¶ Colericoꝝ ēt caliditas est magna augmentata: sȝ quantitas diminuta: ⁊ eoꝝ tēsio minor: ⁊ nō est eis multitudo rubedinis: ⁊ ꝭm plurimū sunt ista apata cal'a cōmixta ex col'a ⁊ sāguīe: ⁊ sūt sig̃ cōmixta: q̄re oȝ vt sit cura ꝯmixta.

¶ Sit cibꝰ itaq̄ȝ ī apatibꝰ sāguineis oē acetosuȝ stipticuȝ sicut granata: agresta ⁊ ribes ⁊ sumac: ⁊ curatio ꝭȝ illud ⁊ ī colerico oē qḋ incrossat sanguinē sicut id qḋ ꝯgelat̄ ⁊ almos ⁊ atrail ⁊ alchiel: ⁊ ad sūmū declinatio ad id qḋ humectat cū īfrigidatōe sicut cucurbita: citrol': cucumeres: olera frigida ⁊ melones indi: sauic cū zucharo: ⁊ aqua ordei: ⁊ cū flōmaueris ⁊ solutōeȝ feceris in apostemate calido ⁊ emplastraueris cū eis que diximꝰ: ⁊ declinauerit dolor ⁊ apostema: tunc apostemata sanguinea magne quātitatis indigebunt resolutione. Incipies ergo cum medicinis leuis resolutionis: sicut est mucillago psily mucillago seminis lini: camomilla: altea adeps galline: anatis: deinde cum eis que sunt ꝯuenientiora ⁊ fortiora: sicut ea in qbus sunt bdellium ⁊ armoniacū: storax: mirra: ⁊ adipes subtiles ex eis q̄ dicemus: ⁊ administrabis post illud si indigueris illa que scindant vesicas velociter ⁊ extrahant illud qḋ est in eis ex illis que dicemus.

¶ Apostema vō pauce tensionis colericū non indiget post declinationeȝ resolutiuis ⁊ si indiget eis: indiget que sūt pauce resolutōis. Sanguineum aūt indiget illis ꝭm quātitatē magnitudinis sue capacitatis ⁊ paruitatem sue caliditatis: ⁊ inceptioneȝ ad tenebrositatē ⁊ ad duritiē. Sit ergo tua operatio ꝭm illud ne remaneat durities ī eo ex qua disrumpantur iuncture: ⁊ accidit ēt disruptio multotiens ex supremo studio in īfrigidādo apata cal'a: ⁊ nō oȝ qdē vt maximū studiū adhibeat̄ ad hoc ⁊ ꝓprie in eo qḋ

ex eis est magni spacij ⁊ pauce caliditatꝭ. Sed dimitte in fractionē eius cū vides ipʒ iã erigi ⁊ stare ⁊ nõ additur.

¶ Colericū vᵒ infrigida quãtū potes. nõ. n. ex eo times disruptõem. Et qñq; accidit disruptio etiam ex eo qḋ infirmus vltime studet in acceptõe medicinaꝝ que sedãt dolores iũcturaꝝ sicut hermodactili ⁊ lẽtes: ⁊ ossa cõbusta ⁊ ea que dicemꝰ ex istis. Sit ḡ administratio tua istoꝝ in apatibus magne quãtitatis que nõ sũt vehemẽtis caliditatꝭ minꝰ: ⁊ ꝑꝫ q̃titatẽ q̃ sedãt̃ qdã dolores ⁊ pꝰ eũatõez.

¶ In apatibus vᵒ colericis vtere eis post euacuationem colere ꝑm quãtitatem multitudinis materiei ⁊ paucitatem eius ⁊ vehemẽtiã doloris ꝑm quãtitatẽ magnitudinis eius ⁊ tensionis eius absq; timore secundum quantitatem qua sedatur dolor integre.

¶ Doloris aũt iuncturarum facti ex humore crudo frigido signa sunt dolor ⁊ apostema absq; rubedine in colore ⁊ sine caliditate in tactu: ⁊ est magnitudo quantitatis eiꝰ ⁊ tẽsionis ipsiꝰ ⁊ ꝑm quantitatẽ multitudinis materiei ⁊ paucitas ipsiꝰ ⁊ vehemẽtia doloris eius ꝑm quãtitatem magnitudinis eius ⁊ tensionis ipsius.

¶ Cura eius est vt intẽtio tua sit ĩ ꝑncipio vomitus cū eis q̃ educũt flegma crossum: ⁊ solutio que fit cuꝫ pillulis de hermodactilis ⁊ pillulꝭ ḋ tapsia: ⁊ stomaticõ ⁊ ad summũ cū eis in qbꝰ cadũt pulpa collogntide ⁊ cẽtaurea ⁊ succꝰ cucumeris asinini ⁊ semen vrtice ⁊ silꝭia ex eis q̃ dicemꝰ.

¶ Cū ḡ euacuaueris emplꝭa ipsũ cū eis q̃ sũt lenis calefactõis sicut vitella ouoꝝ ⁊ rob ⁊ medulla panis de simula ⁊ silꝭia cū croco ⁊ lacte dulci ⁊ silꝭia ex eis que dicemus.

¶ Si aũt fuerit vehemẽtis frigoris in tactu: tũc cura ipm cū storace ⁊ sambaco ⁊ euforbio ⁊ castoreo: ⁊ cum ꝑuenit ad statũ: ⁊ incipit declinare: tũc ĩcipe in resolutõe ⁊ stude in ea valde vt nõ fiat lapis: ⁊ nõ oĩmode vna vice studeas resoluere subito. Sed resolue ipsum dum non inueneris ipsum addere duritiem.

¶ Cū aũt videris ipʒ iam indurari: tũc cessa a resolutione ⁊ administra leniẽtia: donec videas ipm iam lenificatuʒ deinde redi ad resoluẽdũ: isto nãq; mõ possibile ẽ vt ñ remaneat ex eo aliqd qḋ fiat lapis: ⁊ caue ne administres ĩ hoc mõ medicinas q̃ noiant̃ sedãtes dolorẽ: nisi forte pꝰ euacuatõez fortẽ cū solutõe ⁊ vomitu: ⁊ subtilia ei cibũ totũ ⁊ caue ĩ eo potũ aque fri. In apatibus aũt calꝭis non.

¶ Ex eis que nocẽt hominibus hñtibus dolorẽ iũcturarũ sunt labor ꝑpinquꝰ ꝑoxismo calciamẽta stricta: ebrietas: repletio ꝑtrãsiẽs quãtitatẽ cibi ⁊ vinũ añ cibũ ẽ nociuũ neruis: ⁊ coitꝰ ẽt nocet neruis ⁊ ẽ magꝭ adiuuãs ad ℞ vt fiat podagra: ⁊ digestio qñ nõ cõplet̃ ꝑm qḋ oꝫ ⁊ coitꝰ ⁊ balneũ: ⁊ caueat a balneo iuxͣ horã ꝑoxi. ⁊ ꝯfert eis oĩbꝰ exercitium temperatum post egritudinẽ ⁊ flõmiam ⁊ solutionem ⁊ euacuationem ⁊ vomitum.

¶ Cautela aũt a doloribꝰ iuncturaꝝ fit abstinẽdo a repletõe nauseatiua ⁊ dilatatõe in comestiõe ⁊ potu ⁊ assiduãdo flõmiaʒ: ⁊ solutõem añ horã paroxi. ⁊ minorãdo cibũ ⁊ dimittẽdo vinũ in istis horis ⁊ alleuiando laborẽ illaꝝ iuncturaꝝ: ⁊ dimittẽdo coitũ. ⁊ fricãdo iũcturas cū medicinis ꝑlime subtiliatõis ex eis quas dicemꝰ post.

¶ Et qñq; eradicãt dolores iũcturaꝝ ⁊ podagre eradicatõe aliqua medicine fortes in ꝓuocatõe vrine vehemẽtꝭ subtiliatõis ex eis q̃ dicemꝰ pꝰ: verũ tñ oꝫ vt admĩstret̃ ex his qbꝰ accidit ℞ ex hũore crudo: aut ex hũore cuiꝰ ꝑlimũ est crudũ: ⁊ dimittant̃ in illis qbus accidũt cuꝫ eo apostemata calida inflãmata: ⁊ ille cui accidũt dolores iuncturarũ: deiñ recedũt ab eo aut ꝑtrãseunt terminũ ꝑoxi. preter qḋ ei eueniat malitia dispositõis in paruitate cibi: aut sup̱fluitate laboris aut similibꝰ ex eis quibꝰ alleuiat̃ corpus: euacuet̃ in hora ꝑoxi. ex humore q ꝯsuetus est.

¶ Si fuerit apostema calidum cum flobotomia: aut cum eo qḋ educit colerã. Et si fuerit frigidum: cū eo qḋ educit humorẽ frigidum ex eis que diximus.

¶ Et nõ obliuiscaris: qm̃ qñq; ꝑducit ad morteʒ subitam aut asma: ⁊ signuʒ illius est: qḋ incipit tremor cordis: aut strictura anhelitus. Et qñq; facit ĩcurrere paralisim aut apoplexiã: ⁊ signũ illiꝰ ẽ qḋ incipit tremor cordis ⁊ aliqd ex ꝑturbatõe sensuũ: ⁊ qñq; aduenit id subito: quapp̱ nõ dimittat̃ quin euacuet̃ cum sentit̃ paroxismus.

¶ De sciatica ⁊ dolore iũcture anche. CAP. CIIII.

HEc est species vna doloris iũcturarum. Sed q₂ est in iũctura ꝓfunda super quã est plurima caro sup̱ quã nõ appet signũ apatis manifeste: diuersificat̃ cura eiꝰ in qbusdã horis a reliq̃ꝝ doloꝝ iũcturaꝝ cura.

¶ Cū ḡ est dolor in anca ⁊ nõ mouet̃ donec extẽdatur ad coxam tunc est dolor anche purus.

¶ Et qñ extendit̃ vsq; ad coxã ⁊ lacertũ cruris ⁊ pedẽ: tũc est sciatica: ⁊ qñq; est in vtroq; latere. Si ergo accidit ĩ sinistra est vehementior q̃ʒ in dextra.

¶ In dolore aũt anche oꝫ vt ꝯsideret̃ illud qḋ p̃cessit de regimine egri: ⁊ cuius humoris necessaria sit aggregatio ex cibo ⁊ potu ⁊ motu eiꝰ. ⁊ significat̃ ex eis humor: ⁊ si ḋ mõstrat̃ cū hoc ĩ ancha ⁊ sentit̃ aliquãtus calor aut frigꝰ tũc verificat̃ sigͭtio sup̱ qualitatem superfluitatis.

¶ Si ẽ frigꝰ curet̃ cū vomitu forti vltimo multotiẽs: deĩde clisteribus que educunt viscositatem. ⁊ faciũt excoriatõez ex eis q̃ dicemus: ⁊ cū suppositorijs illis similibus: ⁊ cū suppositorijs q̃ calefaciũt cū supponunt̃: ⁊ emplꝭet̃ ancha cū sedãtibꝰ dolores: sicut ẽplꝭʒ de camomilla ⁊ altea ⁊ semĩe lini ⁊ ex eis q̃ narrabo vt sedet̃ dolor anche ĩ ꝑncipio rei sue: deĩde emplꝭa rubificãtia faciẽtia vesicas: si illa necessaria sint ⁊ qñq; sedant̃ dolores anche frĩdi cuꝫ vomitu ⁊ clisteribus educentibꝰ viscositates: ⁊ inunctõe cū oleo de euforbio ⁊ castoreo qḋ dicemꝰ ꝑm silꝭitudinẽ illoꝝ: ⁊ ex pillulis calidis: ꝙ si difficilis fiat ĩ dispositõe sanitatis eiꝰ necessaria est iteratio cure: ⁊ facere hoĩeʒ pati famẽ vt minoret̃ hũores eiꝰ: ⁊ ẽplꝭa rubificãtia q̃ sũt sic ℞.

¶ ℞. sinapis qḋ terat̃ ⁊ admisceat̃ ei quãtũ ipm ẽ de fimo colũbino ⁊ ꝯficiãt̃ cū ḋcoctõe ficuũ ⁊ dimittatur: vt vesicetur ⁊ currat id quod est in vesicis ex aqua: deinde vapora ipʒ cum aqua calida: ⁊ si nõ sedatur reitera illud.

¶ Si vᵒ vetꝰ fiat: ⁊ timeat̃ ꝙ dislocet̃ caput iũcture anche. Cuiꝰ signũ ẽ ꝙ assiduꝰ ẽ dolor: ⁊ rorat̃ vlcꝰ qñq;: ⁊ exiccat̃ qñq;: cauterizet̃: ⁊ oꝫ vt cauterizatio eiꝰ fiat cū cauterio minuto sup̱ qḋ sit circulꝰ anuli quãtitatis doloris ⁊ cū quantitate q̃ capiat caput grauati anche: vt fiat ĩ vna vice circulus magnꝰ ĩ cuiꝰ medio sint duo circuli: hoc. n. ẽ qḋ ẽ veriꝰ ⁊ nõ dimittat̃ ꝯsolidari vsq; ĩ t̃pe lõgo cū eo qḋ ḋsup̱ põit̃ de cepe ꝯfecto cū butiro vt currat totũ qḋ ẽ in iũctura ⁊ redeat iunctura ad dispositionem suam.

¶ In illo ãt q ẽ ex calꝭitate flõmet̃ basilica ex latere illiꝰ: ⁊ si fuerit ĩ vtroq; latere flõment̃ vtreq; basilice: ⁊ si sedetur bñ: ⁊ si nõ: flõmet̃ sciatica curuature geniculi ex ipso latere ⁊ nõ dimittas iũcturã ĩ illa dispõne anche cuꝫ emplastris frigidis: sꝫ põe desup̱ ĩ hac dispõne ẽt ea q̃ sũt lenis calefactõis: ⁊ sũt sedãtia dolores de his q̃ dixius sicut camomilla ⁊ se. lini. ¶ Et si hñti illḋ sũt emorroides fluẽtes sãguinẽ suppone eis ex collirijs q̃ excoriatiõez faciũt sine calefactõe: ⁊ flõmia post id de vena q̃ ẽ in curuatura poplitꝭ ⁊ vẽtosa crura ⁊ coxas ⁊ anchã ĩpaꝫ vẽtosatiõe cū ĩcisione ꝓfũda vt currat ex ea sanguis ꝑlimꝰ: ⁊ cuꝫ eger vtit̃ ĩ dolore ãche medicis calꝭis añ euacuatõez putrescit sup̱fluitas: ⁊ fit egritudo difficilis sanatõis valde: qm̃ materia ĩspissat̃: ⁊ fit sicut res q̃ sup̱ ignẽ cocta ĩcrossat̃ ⁊ indurat̃: cuiꝰ cura est vt ponat̃ sup̱ ancha ventosa quã maxia: deinde administrentur clisteria acuta.

¶ Sciatica vo fit aut cum caliditate aut frigiditate: consideret ergo regimen ꝛ dispositio pedū: ꝛ curet frigida cū eis que diximꝰ de curatōe anche ex vomitu cibo: solutōe clisteribꝰ: calefactōe: exiccatōe corpis: ꝛ ex vnctiōe pedis totiꝰ cū oleo i quo sint ꝯtrita castoreū: euforb. ꝛ olo de costo ꝛ oleo cucumeris asinini: olo laurino cū ꝗcūq; possibile ē ꝛ empletur hoc emplo cuius confectio.

¶ ℞. farinā lupinoꝝ amaroꝝ ꝗ decoqtur cū aceto ꝛ melle ꝛ administret. ¶ In calavo flōmet basilica i pmis: deide succedat ei flōmia sciatice. Si ergo sedat bn̄: ꝛ si non iteret flōmia basilice: ꝛ admistrent cibi minorātes sanguinem ꝛ subtiliantes ipsum.

¶ De dolore dorsi. CAP. CIIII.

Fit secundum plīmum ex frigore ꝛ humore crudo: cuius sigt sūt assiduatio eiꝰ: ꝛ ꝙ fit paulati: ꝛ sedatio ipsiꝰ cū hō ambulat ꝛ mouet parūp. Et ofert ei vomitꝰ ꝛ solo cū pil. fetidis ꝛ pil. de hermodactil ꝛ pil. ō tapsia: ꝛ iunctio cū olo qd̄ diximꝰ. i ꝗ disrupta sūt castore. ꝛ euforbium: ꝛ similia.

¶ Et fit qnq; ex labore. Cuius cura ē trāquillitas ꝛ balneum ꝛ inunctio dorsi cū oleo de keiri ꝛ viol pmixtl: ꝛ potꝰ vini cōmixtionis bone: ꝛ silr ēt cū ē ex multitudie coitus.

¶ Et qnq; ex debilitate renū ē: aut ex egritudibꝰ i eis: aut apatibꝰ ꝛ alys: ꝛ sigt eiꝰ st ꝙ ē in catin: ꝛ debilitat cū eo coitꝰ. ¶ Cuius cura est id qd̄ diximus i cura renū. Et fit ȝ raro ex repletōe vene magne posite sup dorsū cū extendit: cuiꝰ signū ē dolor i toto dorso cū pulsatōe ꝛ calitate i ipso cū reliqs signis multitudis sāguis in corpore.

¶ Et cura eiꝰ ē flōmia basilice: ꝛ potꝰ aq̄ granatoꝝ: ꝛ itroitus i aquā frigidā: ꝛ dormire sup locū madidum.

¶ De gibositate ꝛ ventositatibus. CAP. CV.

MUltotiens accidit pueris cōstipatio. Et cura eius est vt des nutrici parum cucumeris asinini: deinde alia die lactet puerum: aut accipe lacteridis terre ⁊ fac cerotum: ⁊ pone desuper. aut accipe mediam partem stercoris soricini ⁊ terre cum pinguedine renum yrci ⁊ fac licinium parum ⁊ suppone: et si acciderit puero duorum mensium vt cōstipetur eius natura ⁊ alteretur in calore ⁊ nō potest vomere. Accipe sar-

cocolle tertiam partem.ʒ.vnius.⁊ da cū lacte matris ei⁹: aut fac clistere cum oleo viol.

De tussi puerorum. CAP. XVIII.

TUssis accidit pueris in prima etate. Lingue autem eorum non possunt claudere epiglotuz:⁊ sic infrigidatur pectus ⁊ eius instrumenta: ⁊ cura eius est cum eis que sunt sicut cib⁹ ⁊ medicina. Isti eni non debent curari cū forti vel vehementi medicina. Sz accipe amigdalas dulces pista ⁊ confice cum aqua feniculi ⁊ coque cum ea:⁊ propina puero sero ⁊ mane. Aut accipe aquā feniculi ⁊ misce cum lacte ⁊ da puero. Et si cū tussi fuerit asperitas ⁊ siccitas. accipe semen citoniorūz et resolue cum aqua calida ⁊ extrahe viscositatem. coque super ignem cum penidys ⁊ oleo amigda. ⁊ da. ⁊ si fuerit calor misce succum mali granati dulcis.

Medicamen ad tussim puerorum cum calore. ℞. papaueris albi: dragaganti. ana. ʒ.ß. seminis cucumeris. ʒ.i. Confice cum aqua decoctionis sebesten.

Aliud ad tussim puerorum. ℞. passas sine arillis fac bullire in vase ferreo: sed caue ne adurantur pista ⁊ misce tātūdem penidiorū: ⁊ da puero sero ⁊ māe ad modū nucis.

Aliud ad tussim frigidam. Accipe mirram ⁊ misce cum melle ⁊ cū oleo amigdal'. ⁊ ppia. Et si pectus pueri fuerit plectoricū accipe dragagantum galbanum: ana mitte in vitello oui assati: ⁊ da. Et si acciderit strictura anhelit⁹ accipe semen lini pista ⁊ confice cuz melle. Aut accipe se. bombacis ⁊ confice cum vitello oui assati. Et si cuz tussi fuerit fluxus ventris da sirupum mirti cum lacte coctū. Aut coque dactilos cum farcacib⁹ et lacte et ppia.

De pruritu et vesicis puerorū. CAP. XIX.

PRuritus ⁊ vesice accidūt pueris i corpis ex acuitate vrie: et q̃doq̄ accidūt diuersa vulnera in corporib⁹ puerorū ex corruptione lactis i stomacho pueri vl' in se. Ex illis autem vesicis quedā sūt albe quedā rubee: quedam nigre: et quedā vehementis doloris: et quedam parui. Et si nigre fuerint cuz febre significant mortē. Et cura generalis est vt primo incipiat in correctione lactis: et ponat puerū in caldario pleno aqua calida ad attrahendū superflua ab interioribus ad exteriora ad superficiē cutis vel corporis. et da puero medicinas ad expellenduz superflua ab interioribus ad exteriora ad superficiem cutis sui corporis sicut est decoctio dactilorum aut ficuum cum aqua feniculi.

Et cuz intellexeris q̄ omnes superfluitates sunt extra. balnea quotidie in aqua decoctionis foliorum rosaruz et mirti et huiusmodi. Cum autem puer exierit ab aqua vngatur oleo rosato. et si vulnera fuerint sicca cum oleo violato. Si humida ex multitudine veneni pone desuper cerusam mixtā cuz cera et oleo rosato. Et si affuerit pruritus et puer transierit sex vel septem menses ipsum balnea primo in aqua decoctionis violarum siccarum et or. excorticati: maluauisci: fenugreci: feniculi: cucurbite: sed non vnges aliquo vnguento: et da nutrici succū fumiterre: mirabolanos: citri. et abstineat nutrix ab omnib⁹ dulcibus et salsis adurentibus sanguinem: et si acciderint in crure aliqua vulnera post balneuz superasperge puluerē amidi spody alkanne: rosarū mirte et farinā ordei.

De lumbricis puerorum. CAP. XX.

NOn oportet nos dare medicias fortes pueris ad potandū contra hanc passionem: sed eligemus ex eis que apponun tur extra.

Medicamen extrahens lumbricos ab intestinis. Accipe ciminuz pista cum felle tauri recenti et pone ad vmbilicum.

Aliud. accipe lupinos asininos. ʒ.i. alipiadi: ⁊ bacarum lauri. aā. conficiantur cum felle tauri recenti: et da quotidie ad bibendum. ʒ.i. aut aquam sebesten: aut oleum oliue: aut comedat amigdalas dulces.

De inflatiōe vel eminentia vmblici puerorū. XXI.

EMinentia vmblici accidit pueris q̄ndo multum plangunt: vel vociferāt: aut ex tussi magna: aut forte accidit ex casu vel percussione. Et cura est vt accipias lupinos et petias pāni linei: et combure ⁊ confice cum vino: et interpone stupas et pone super vmbilicum. et si fuerit flexibilis cauteriçetur in circuitu vmbilici: et non in loco flexibili propter tenuitatem cutis. et si indigueris fortioribus medicinis pone medicias quas dicemus in crepature capitulo.

De crepatura puerorū. CAP. XXII.

IAm diximus superius quot modis accidit crepatura: sed modo non indigemus nisi medicinis pueris necessarys.

Emplastrum valens crepature puerorum ℞. aluminis aureos. xv. galle aureos duos: teranť ⁊ conficiantur cum vino quousq̄ inspissetur. ⁊ pone super locuz ⁊ superpone spongiam intinctam in aceto mixto cū aqua ⁊ cum ceciderit aliud reponatur.

Aliud leue ponatur super pannum aliquem glutinum de corys: ⁊ super locum ponatur: ⁊ permitte quousq̄ adhereat: ⁊ si ceciderit aliud reponatur.

De lapide in vesicis puerorum. CAP. XXIII.

LApis qui generatur in vesicis puerorum facit stranguriam: dolorem magnum: ⁊ tenuitatem vrine: ⁊ pruritum in virga: ⁊ forte erit virga semper erecta. Et cura eius est in balneis vt balnees puerū quotidie in aqua calida: ⁊ da ex ista medicina.

Medicamen prouocans vrinam: ⁊ frangens lapidem. ℞. olibani vnchē ana. confice cum melle: ⁊ detur ad modum auellane mane ⁊ sero.

Medicamen expertum ad grauitatem lapidis ⁊ difficultatem vrine. Accipe septez nuces virides ⁊ pista cū cortice exteriori: ⁊ accipe manipuluz vnum porrorū non lotorum: ⁊ extrahe succum ex vtroque in vase vitreo ⁊ cola: ⁊ da puero omni mane septē diebus: ⁊ quando ibit dormitū vnge virgā ⁊ testiclos oleo antiquo vel oleo de ben.

De relaxatione puerorum. CAP. XXIIII.

RElaxatio accidit pueris: vel i vno membro vel toto corpore: ⁊ prohibet ipsuz ab ambulatione ⁊ motu: ⁊ prouenit propter viscosum humorem relaxantem neruos. Et cura eius est si non fuerit naturalis vt des nutrici sirupum factum de medicinis subtilibus. Et sit eius cibus siccus: sicut res assate et non comedat lac nec carnes duras: ouinas: nec pisces: nec vinum limphatum. ⁊ anteq̄ lactetur puer ponatur i balneo: ⁊ inunge eius iuncturas cum oleo de costo vel de castoreo: ⁊ vtatur quotidie isto electuario.

Electuarium quod composuit Galienus cuidam puero qui patiebatur spasmum in toto corpore. Recipe mentastri rosa. cinamomi. masticis. fu. meu. ameos. doronici. çedoarie. gariofilorum ana. aureuz vnum. sandaloruz. ligni aloes. aā. ʒ.i. musci. ʒ.ß. vnge omnes medicinas balsamo: ⁊ confice cum melle: ⁊ da quotidie quartam partē. ʒ. i. vel. ß. ⁊ si spasmus fuerit in toto corpore: pone sup spondiles dorsi empl'm euforby. qđ sic fit. Accipe cere. ʒ.i. euforby. ʒ.i. olei qđ sufficit. ⁊c. Deo grās amen.

¶ Liber Rasis de secretis in medicina qui liber afforismorum appellatur.



Congregaui in diuisiōib⁹ egritudinu: τ oñdi curas et curaτ nās ex canonib⁹ antiquorū: τ ex tractatibus τ sermonibus fm possibilitatem meam: τ deum exoro: vt mihi tribuat complementū τ possibilitatem perfectiōis huius libri: vt ex eo vtilitas proueniat. Iā cōpleuimus librum congregationū in artibus reruz expertarū. s. philosophie τ phisice duorū in quibus sunt verba τ facta infinita. Nec etiam homines in eis complementuz habere possunt. Sed intentio nostra est in hoc opere ostēdere vtilitatem hominum. ¶ Et diuersificamur in hoc ab antiquis qui occultauerunt res que sciri erant necessarie: τ viam scientie: τ virtutis priuabant lumine. Et testis huius rei est liber noster magnus scientia diuina qui ē liber de spiritualibus: τ noster liber de spiritu. Et sermo noster in libro dietarum. qualiter. s. ab eis venia remoueretur in omni tempore. Et abbreuiaui verbuz vt ad res qs facilius posset attingere. Et retributionez a deo expecto: q mihi pstabit auxiliū. Sine ipso. n. nulla res hz effectum.



Inquit abubetri non est occultus homo sapiens: τ in omni tempore super fraudes: τ occultationes viaruz scientie artium antiquaruz: quas rationes cōgregauerunt cōpilatores: τ inuenerunt vias tam occultas q̄ manifestas. Et hic noster liber est prim⁹: τ est secretum: τ est conueniens. Et non monstretur ei qui non meretur. Et in eo continetur ratio τ complementū antiquorum: τ q̄diu dies τ anni fuerint per hunc meum librū: viuam τ lucrabor: τ non dubito quin hic meus liber sit res secreta. Ego eniz proposui quedā secreta in eo dicere: τ in pronosticis reruz futurarū: τ in confidētys τ casibus qui mihi acciderunt. Quas confidentias a sapientibus suz lucratus aggregatas a libris eorū quas ipsi nō perfecte manifestauerunt. Et ex rebus quas in me ipso sum expertus τ acquisiui per meaz rationē. Et testis est mihi sermo meus rationalis: τ loquutus sum in medicinis τ dietis cōgregatis: τ volo ex eis tēperamentuz facere: τ volo vt ab accidentibus sint remota verba mea. Et dico q hic meus sermo est res breuis vtilitatē magnā continens in sciētia medicine ex vtilitatibus eorū que hominibus accidunt. ¶ Et scias q ipse est totius vtilitatis medulla τ margarita claritatis que a tenebris ad lucem lucessit. Quē libruz antiqui laudarent si viuerent: τ ipsuz diuisi in sex sermones absq; alia superfluitate cum complemento τ breuitate. Nūc loqui incipio cuz virtute mea nimia τ scientia occulta. ¶ Sermo primus de pronosticis reruz futuraruz. ¶ Secundus de experientys τ confidentys. ¶ Terti⁹ de casibus qui mihi acciderūt. ¶ Quartus de dietis medicinis τ cibarys. ¶ Quint⁹ de verbo ypocratis. ¶ Sextus de scientys τ de intellectibus sine quibus rectus medicus esse non potest.

¶ Liber primus de pronosticis rerum futuraruz. Capitulum de nebulis.



Inquit Rasis cum in ciuitate fuerit multitudo nebule cum pluuia permanente pronosticat algidri: puncturas rubeas et vocant in arabico alchiteba. Que si sine apostematibus fuerint significat τ pestilentias et lupos. Sed qualiter est cura earuz reruz: purgabitur homo ante tempus estiuuz cum rebus subtilibus τ rob fructuuz τ odorabit odores delectabiles τ comedet alkanebir. i. columbas siluestres que in domibus non nutriunt: τ aues volatiles. ¶ Et qd comederit τ biberit sit temperatuz cum rob lapacy: τ cū agresta: τ cū his rebus euadet.

Et si nebula aduenerit absq; pluuia τ autūnus: q precessit etiaz fuerit siccus pronosticabunt egritudines capitis tantuz: τ pronosticātur epilepsias τ egritudines melancolicas. Et tūc balneamini balneis calidis temperatis: τ vtamini rebus somnū prouocātibus. Et mollificet naturaz corporis: τ continuamini cuz vino claro boni odoris qd sit temperatuz. Et post cibum odoret rosas τ violas: τ nenufar. τ accipiat bolūarmenū.

¶ Quando fuerint vēti collaterales: τ aliquibus alys corrumpunt complexionibus temperate: τ melius in hominib⁹ volētib⁹ reduci a contraria cōplexione: τ crescūt egritudies timoris τ palisis: τ torture faciei. Et cura haruz est vna cū suffūigatōe thuris τ cipi aut lubrie τ storacl gūme.

¶ Quando in hieme fuerint pluuie multe: τ in vere durauerint hec. preparantur gentes morti: τ omnes illi qui sūt debiles ex natura: τ qui sunt complexionis humide. Et pparatur egritudo capitis τ nausea τ fluxus. ¶ Et via euasionis huius rei est vt vtantur in duobus temporibus cibarys in quibus sit acetū: τ potius cibis complexiōis sicce sicut arabibic. i. kaladris τ alkenebit: τ adeodorec. i. calamnibus: τ caueat a laxatiuis. Et vtat reb⁹ frigidis τ siccis sicut citoniorū τ pirorū: et maneat i locis altis soli oppositis non paruū spaciū: sed in illis locis imoret diutius.

¶ Quando arbores maturant τ venenant: τ vermes i eis nascuntur non debent fructus eorū comedi: q2 sunt venena mortalia. Et min⁹ qd ex eo accidit ē q putrescit sāguis τ febris mortalis fit.

¶ Quando videbitis tempus nebulosum in vere τ in estate durauerit caueatis a spasmo τ amissiōe memorie τ obliuione. ¶ Et cura huius est inungere caput aut temperatis aut facere babica temperata. τ post hoc facere gargarismū ex succo endiuie τ aqua rosarū temperatis cū secaniabin çuchari simplicis acri.

¶ Qui accipit medicinas laxatiuas in autumno τ fecerit minutiones per vomitus: τ natura eius temperari non possit: si corpus cum h adhuc sanū non fuerit: caueat statim ne amplius vtatur.

¶ Qui multū fuerit visus minutione i autūno dicatl ei q2 accidit ei timor τ amissio luminis.

¶ Pulsus cum est fortis τ cum tentas est mollis: τ mutatur facies τ sudor multus: τ grauedo dorsi τ oculi graues. cura eius est in confidentys.

¶ Qñ infirmus sensit egritudinē stōi sui ex nausea τ amisit appetitū: et in ore vapores malos senserit: et i narib⁹ fetorē vrine: et stercoz sciatis q hec febris est mortalis.

¶ Qñ hyems fuerit cala et ver fridū accidit capitibus catarrus: et timet hō ne ad mēbra veniat principalia. et via euasiōis hec ē. separe māz cibis medicātibus: et cū medicinis ad cibaria ptinētib⁹: et confortare cerebrū cū rebus odoriferis temperatis in frigiditate et caliditate ad siccitatem pertinentibus.

¶ Cū facies fuerit facta dura et nigra: et fuerint in ea vene et in oculis rubedo ostendit sanguinē esse corruptū. Et si forte pili cadūt et guttur inflat: oñdit lepre initiū. Preparet ergo corpus ad curādū cū decoctionibus tamarindorū et prunorū et aliarū rerū laxatiuarū.

¶ Cōstipatiōe accñte et sil'egerere et tarde: et egritudinē ñ amittere: et egestiōe fetida exñte dicatis: q2 egritudo ē mortal'. et tñ diu durat vita: et nihil isti pdest nisi ius auium vt non deficiat cum fluxus fuerit.

¶ Cū qs fuerit i die crisis et oculi eius fuerint minorati et nares toztas habuerit: sine dubio morit. et alie egritudines non sunt timorose q̄uis fuerint multe.

¶ Qui i die p̄io egritudinis ipatiēs fuerit et suspirauerit et fractus fuerit mēte amittet somnum superflue et ma

gis ſpera moꝛtem niſi fuerit melancolicus nāliter.

¶ Cum palpebre oculoꝝ amboꝝ mouentur oſtendit ꝙ hūoꝛes adeo aſcendunt: ⁊ dico ꝙ accidit eis emigranea.

¶ Cum alia mēbꝛa tremūt oſtendūt vapoꝛē ſupfluū i coꝛpoꝛe exiſtentē: ⁊ ſudoꝛ balnei eum remouet.

¶ Totū coꝛpus ſaltare ⁊ tremere oſtēdit vapoꝛes groſſos in coꝛpoꝛe ⁊ dieta: ⁊ balnea eos remouent.

¶ Membꝛa inferioꝛa ſaltū hr̄e demonſtrat humoꝛes deſcendiſſe ad eos ⁊ vtaꝛ vomitibus. ⁊ curatis dixit ꝙ illud demonſtrat motū vel viam.

¶ Uētoſitates i coꝛpe abſq; vapoꝛibꝰ q̄ nō minuūꝛ ⁊ i coꝛpoꝛe mouēꝛ nimiū: ⁊ doloꝛ aut motꝰ ſi multus fuerit dico ꝙ tēperamētū nō exiſtit. Et cura coꝛpis q̄uis multus ſit facit i fine qḋ diximꝰ: ⁊ ecōuerſo. non noui aliquē qui hec dixiſſet preter Galienum ſoluz.

¶ Qui ipatiens fuerit ꝑ doꝛmitionē mēbꝛoꝝ iferioꝝ habebit podagrā ⁊ opilationem in via ſpūs: ⁊ accidet ei h̄ ꝓpter malam curam quam habuit ⁊ accidit ei hoc propter ſpiritus paucitatem.

¶ Cum aliq̄n alicui accidit doꝛmitio mēbꝛoꝝ ſuoꝝ dicat ei ꝙ moꝛtē hēbit ſubitaneā vel poterit latꝰ vnū amittere ꝓpter ventoſitatē q̄ loca illa opilat. Et comedere cinamo inū cū oleo alſalfoꝛat illud remouet. alfoꝛat. i. fiſticus eſt arboꝛ cipreſſo ſimilis.

¶ Cum aſcēderit vapoꝛ ad caput ex caliditate: ⁊ q hēt alices vel ꝯſequēter amittit viſū vel cadit in terrā: dicaꝛ ei ꝙ hēt coꝛruptos humoꝛes q in coꝛpoꝛe eiꝰ mouenꝛ ⁊ aptetur ſtatim ad ſoluendū eos ab itus cū vino temperato: et exterius cū balneis temperatis ⁊ dietis equalibꝰ. ¶ Nō euadit hō q mari vicinus exiſtit ⁊ lacunis: ⁊ ꝓlongaꝛ i etate a debilitate mēbꝛoꝝ inferioꝝ: ⁊ amiſſione lumis: ⁊ poſt hoc accidit his q in his locis nati ſunt ⁊ a terra recedunt: q̄diu vixerint: ⁊ vngant coꝛpꝰ ſuū rebus odoꝛiferis: ⁊ exerciteꝛ ⁊ nō vtaꝛ carnibꝰ groſſis: ⁊ comedat aues cū ageçebꝛe ⁊ mucharoga ſparſis cū agreſta ⁊ aqua roſaꝝ: ⁊ colet aquā cū bolo ⁊ choaboꝛi: ⁊ faciat inſtrm ex auro ⁊ intigat in aqua roſarum ⁊ in ſpica que eſt intrita cum agreſta: et ponat in oculis mane ⁊ ſero poſtq̄ ſuffumigauerit faciez cum vapoꝛe aque calide. Non comedat piſces ⁊ accipiat trociſcos muſcatos factos cum ſecaniabin çuchari albi: tempus vero autumni in ripis mariū magis temperatuz exiſtit: qḋ eſt ſtabile. Sed ꝓperet homo ad odoꝛādū odoꝛabilia ⁊ maturādū humoꝛes ante aduentū frigiditatis.

¶ Cum pilli palpebꝛaꝝ ceciderint ⁊ pili capitis: ⁊ ſciſſi fuerint: dicatur ꝙ habet putridos humoꝛes: ⁊ ideo properat huius damnū. Sed debet cuſtodiri in locis altis ⁊ debet cuſtodiri hec putredo: ⁊ faciat res quas ante diximus ⁊ purget coꝛpꝰ eius cum pillulis aloe que ſunt experte: et cum ſirupo prunoꝝ cui miſceatur aqua fabarum ⁊ aqua endiuie.

¶ Quādo in oꝛe ſtomachi febꝛes fuerint in caloꝛe ſuperfluo coꝛrumpiꝛ ⁊ minuuntur carnes: ⁊ exiccantur propter inconuenientiā colere ad naturā que ibi eſt: ⁊ exprimitur ⁊ cadit in venas: ⁊ propter hoc apparent vene i ethicis: ⁊ fiunt ſicca coꝛpoꝛa. Et ſigna febꝛiū oꝛis ſtomachi ira ⁊ ire facilitas. ⁊ ſitis ſtati. Et ex eis que magis ipis conferunt eſt vt capiaꝛ lib. i. çuchari roſati: ⁊ piſtetur cuz rob acetoſitatis citri acris: ⁊ fiat ſicut maſſa: ⁊ bibat ex ea tertiam libꝛe: ⁊ comedat ex eo. ʒ. i. poſt cibū tribus hoꝛis.

¶ Si fuerit in oꝛe ſtomachi frigus facit oſſitationes maxime. Si comedit res frigidas ex cibarijs ⁊ potibus ⁊ facit acetoſitates multas ⁊ rugitum ⁊ ventoſitatem. Res autē que maxime eis conferunt eſt ꝙ poſt cibum accipiat diacitoniton in quo eſt multum de ciamomo ⁊ de muſco: ⁊ bibat poſt ipſum vinū coloꝛis aurei: ⁊ comedat poſt hoc fiſticos poſitos in aqua roſa. ⁊ extergaꝛ deſuper pip.

¶ Omne cibarium calidum vel frigidum facit ſine dubio tres maneries vapoꝛis. ſ. vapoꝛem ſanguineum temperatum: in quo viuit ſpiritus naturalis: ⁊ vapoꝛem frigidum: ex quo multa generatur egritudo vapoꝛem calidū ex quo birſen generatur. Uapoꝛem autem temperatū vt oſtendit ſubtilitatez ſpiritus in cogitando tam in triſtitia q̄ in coꝛpoꝛum liberalitate vapoꝛem non frigidum monſtrat triſtitia ⁊ ponderoſitas: ⁊ fractio ⁊ ira i ſomno: ⁊ mala cogitatio: ⁊ vapoꝛē calidū oſtendit frigiditas extremitatuz: faciei macies ⁊ oꝛis amaritudo: ⁊ oculoꝛuz ardoꝛ: ⁊ deſideriuz acris ⁊ aque frigide: ⁊ maxime ſi in vrina habet tincturā crocеā. Et cura hec eſt: vt accipiat acetoſitatē citri acris partez vnā: ⁊ aque tamarindoꝝ partē aliaz: ⁊ aq̄ fabarū aliā: ⁊ aq̄ endiuie ptes duas poſt decoctionē ⁊ decolationē colature apponantur due partes çuchari tabarçet: ⁊ ponantur ad ignez: vel non fiat ſiccuz ⁊ adminiſtretur ex ipſo. ʒ. ij. cum tanto aque: ⁊ cuz. ʒ. i. ſirupi prunoꝛum ⁊ iuiubaꝝ: qḋ fit cum ſucco pomoꝛuz acriū: ⁊ temperata vtatur dieta: ⁊ balneis temperatis: ⁊ bibat vinū temperatuz in aqua in qua ſūt poſiti emblici: ⁊ ſit aqua niuis: ⁊ ex aqua iſta accipiatur pondus lib. i. ⁊ ſit hec aqua in vaſe paruo: virtus huius ſirupi eſt vrinam prouocare ⁊ colеram extrahere ⁊ coꝛpus purgare. Qḋ autez vapoꝛem expellit frigidū: eſt aqua maioꝛane ⁊ aqua foꝛēgomes: ex qbus libꝛa vna accipiatur: ⁊ aque endiuie libꝛa vna: ⁊ ſaluie libꝛa vna: miſceantur: coquantur: ⁊ colentur: ⁊ çuchari tabarçeth: ⁊ mellis ana partez: ponantur aque cū melle çucharo: que in olla ad ignem leuē ⁊ miſceantur multuz cū ligno vitis: ⁊ dum bulierint ponatur intus ſticados recēs vſq; quo fiat ſirupus: ⁊ ponatur in eo dauich. i. capl'h. ⁊ medietas vnius mechali muſci rubei: ⁊ dentur ex eo. ʒ. ij. cuz duplo aque frigide: ⁊ poſt accipiat ieiunꝰ ex iſtis trociſcis. ℞. kebuloꝛū emblicoꝛū ana partes duas cinamomi partem vnam: gariofiloꝝ aſſari bdellij ana partem mediaz: terantur ⁊ conficiantur cum ſucco pomoꝛum acriuz ⁊ fiant trociſci.

¶ Non fiunt egritudines ꝓpter ſuperfluitatē humoꝛū amplius q̄ propter defectū humoꝝ ⁊ erroꝛ magiſtroꝛuz vt hic eſt nimis teſtificatus: ⁊ hoc eſt ꝑ experientiā.

¶ Qui ſomniat terribilia multa ⁊ cuz euigilat ſomnum obliuioni non tradit: ⁊ dicit omnia ſic ꝙ ex eis nihil dimittit: ⁊ itegre doꝛmit de nocte: plenus eſt humoꝛibus. properet ergo ad purgationem. Qui viderit huiuſmodi ſomnia: ⁊ cum excitatur obliuioni tradit: ⁊ cum hoc bene non doꝛmit: ⁊ pulſus ipſius eſt debilis: egritudo ex defectu humoꝛū ei prouenit. Dieta huius ſint cibaria ſubtilis ſubſtantie: ⁊ bona que coꝛpus confoꝛtent: ⁊ fugiat euacuationē: ⁊ omne qḋ eum exiccauerit.

¶ Qui ab alleis ⁊ poꝛrl abſtiuerit nocumēta maloꝝ hūoꝛuz euadet: ⁊ maxīe ſi mel mirabolanoꝝ kebuloꝛū comederit: ⁊ electuariū de cinamomo ſucceſſiue.

¶ Cui doloꝛ fluxus ſanguinis nariū euēit ſupflue q̄nta die ſue febꝛis in die criſis euadet ab egritudine.

¶ Cui doloꝛ capitis durauerit ſine aliq̄ cā quā ipſe cognoſcat: ⁊ fuerit nimius: ſtōm purget ſuū ab hūoꝛibus calīs.

¶ Qui quinquaginta annos tranſierit ⁊ doloꝛes renū habuerit: a doloꝛe non poteſt euadere. antique enim egritudines cum antiquis accidunt: durant in eis dum viuunt: ⁊ huic ꝓdeſt egritudini medicia albica quā noīauimꝰ iaz.

¶ Qui quinquaginta annos euaſerit: ⁊ egritudo ei acciderit alkabitus cito moꝛitur.

¶ Silr̄ accidit iuuēi ſi ei foꝛtis paraliſis acciderit: ⁊ ſi fuerit ꝯplexionis calide minuiꝛ. ¶ Qui ipatiēs fuerit ex doloꝛe pectoꝛis: ⁊ abſq; cognita cauſa eiꝰ fit: vnū eſt ex duobus: vel groſſa ventoſitas que pectus extendit: vel ſūt humoꝛes putridi qui ſub coſtis exiſtunt: vel i pectoꝛe: vel tuſſis abſq; dubio: ventoſitatem autem demonſtrat motus ⁊ humoꝛis ⁊ remanentiam pondus.

¶ Cui tussis ⁊ febris euenerit: ⁊ cito eã amittit dicatur ei ꝙ apã accidet ei ĩ iũcturis dolores acuti fortes ĩ renibus lapidẽ portẽdunt ⁊ pōdus ĩ ipsis. ⁊ apostema ⁊ pũcturas.
¶ Cui egritudo cũ vomitu cessauerit: ⁊ intestis hʒ egritudinẽ ⁊ eis ꝓdest anates comedere solas cuʒ medicina cognita. Et si egritudo in ipo cessauerit post duas horas vel tres egritudinẽ ĩ venis hẽbit: sua aũt medicia ẽ eadẽ cum ꝓmissa. ꝑus comedat sebesten: ⁊ auelanas. Et cura secũdi comedere fisticos cũ cassia. ¶ Lassitudo sine cã exercitij egritudinẽ futurã portẽdit priuatiões euonis rei solite sicut sanguinis vene tam nariũ vel vrine vel fluxus vrine vel emorroidaꝝ vel aliaꝝ rerum demõstrat egritudies.
¶ Plato ĩ timeo de reb⁹ futuris cognitis cũ appuerint et ĩ sanis ⁊ ĩ egris: cũ ĩ egritudie appuerint: sanitatẽ significãt. Et quib⁹ est somn⁹ ꝓlixior solito: ⁊ si sanis euenerit credo egritudinẽ euenire: ⁊ si egro ꝯtingit: salutẽ oñdit. Et sic de siti cũ boi acciderit q eã hñe nõ ꝯsuenit ĩ sanitate res ẽ oñdens egritudinẽ: ⁊ radix doloris existit ĩ cerebro. Et cum egritudo aduenerit: fortitudinẽ nãe ãnũciat: ⁊ sanitatẽ: et status ei⁹ ad salutẽ euenit: ⁊ fortior ẽ. ⁊ ideʒ accidit ẽt pati sõno irato: ⁊ fracto absqꝫ labore ⁊ pena. ⁊ ostẽdit egritudinem capiti vẽturã. Et cũ hõ egro ĩ fine egritudis contigerit: exitũ ab egritudie nũciabit. ⁊ ĩpatientia ĩ sõno primo ostẽdit ꝙ sõno indiget. Et ĩpatiẽtia mane post sõnũ: ⁊ p⁹ somni mẽsurã portendit egritudinẽ: ⁊ laxationẽ neruoꝝ.
¶ In cui⁹ corde euenit mẽbroꝝ nimia mollificatio dicatꝰ ei ꝙ moritꝰ. Spũs. n. patitꝰ paucitatẽ: ⁊ accidit hʒ accipiẽti medicinã violẽtã: vel cui sanguis a narib⁹ fluxerit supfluus: vel cui nausea ꝯtigeret supflua: vel q nimio vtitꝰ coitu vel q fluxũ ventris patitꝰ: vtatꝰ ḡ cibarijs cibũ vel corpus augmẽtãtib⁹ sicut vitellis ouoꝝ: ⁊ iure auiũ: ⁊ vino optio.
¶ Cui iflãmatio ⁊ rugit⁹ vẽtris eueniret: timpanitẽ significat pp egritudinẽ epatꝭ. vtatꝰ ḡ cibarijs cũ ꝓpatõe ex cimino ⁊ cãelis: ⁊ comedat alkatonas cuʒ medulla fisticoruʒ: ⁊ caueat ab herbis frigidis ⁊ humidis ⁊ fructibus.
¶ Qui ꝯqritꝰ pp sudorem sub brachijs: ⁊ si est superflue fetidus: ⁊ hõ hñe nõ est solit⁹: timeat de lepra. comedat ḡ alkaneat ⁊ sunt aloꝝf. ⁊ laxetꝰ cũ succo eius: ⁊ accipiat ex eo lib. i. ⁊ aque fumiterre de aq̃ maiorane postqꝫ bulierint: ⁊ colate fuerint: ⁊ bibat ex ea p vnũ mẽsem: ⁊ nũqꝫ sumat carnes salitas: nec ẽt qcqd fit de lacte: ⁊ cuʒ hʒ vene ipsius cessabũt ⁊ bẽat balnea tẽperata: ⁊ exercitetꝰ. ¶ Qui panẽ açimũ comedit grossas egritudines magnas hẽbit corda parua: ⁊ epata ĩ eis q̃ sũt timidi exercitio supfluo idigẽt cibarijs vtantꝰ tẽperatis ⁊ potib⁹ ꝯuenientib⁹ ⁊ aere equali.
¶ Qui spatulas amplas hñtes ⁊ brachia tenua comedãt res subtiles ⁊ fridas: ⁊ res friditati attinẽtes ⁊ sint ĩ getez: ⁊ caueant a frigore ⁊ calore supfluis: ⁊ nõ comedat fruct⁹ etiam frigidos ⁊ humidos.
¶ Liber secundus de experimentis ⁊ confidentijs.
¶ Omnis egritudis sicce canon cure ipsius est odores boni ⁊ aues ⁊ vina conuenientia.



Aquit abubetri oẽs res nãliter in hʒ introitu existunt post inuẽtionem medicinaꝝ ⁊ custodiã: ⁊ ꝓpationem eaꝝ ẽt intellectũ doctoꝝ ⁊ custodiaʒ planetaꝝ: ⁊ lune: ⁊ temporis q̃d aptũ ẽ ad medicine cognitionẽ: ⁊ admistrationẽ. Et dicemus verbũ q̃d ypo. dixit ĩ libris vbi dicit. Qui dixerũt ꝙ scientiã habuerint medicie: ⁊ habuerit ĩ se partẽ ĩtelligẽtie ⁊ scientie ⁊ cognitiõis festine: nõ reputẽt astronomiã ꝑtẽ eẽ ꝑuã eoꝝ qb⁹ indiget medicia. Et dixit astaroth. Sapiẽs ĩ libro sciẽtie sue de signis ⁊ lune effectib⁹: quem librũ alter non precessit in expositiõe libri: qꝛ phi ⁊ sapientes alij ꝑter astronomos conueniũt ĩ hunc librum ꝙ preparatio et cursus eoꝝ que sũt ĩ terra. Planetarum cursu accidit: et sermo eius est ĩ luna. ¶ Et ꝯueniunt nãles et astronomi: qꝛ preparatio eoꝝ q̃ in terra sunt a luna accidit: et luna respectu solis sicut excelsi regis maior dñs est. Et mutatio tempoꝝ ꝑpter lune statiõnẽ euẽit cum retinetꝰ et nõ appet vel cũ ipi⁹ appentia fuerit manifestata. Et hoc eis est manifestũ q in mari versantꝰ: et qui vineas plãtãt. ¶ Et ꝯueniũt sapiẽtes medicoꝝ ꝙ res oĩs tempoꝝ et acris et aquaꝝ et ꝯplonuz et egritudinum ex motu planetaꝝ mutantꝰ cum ĩ longitudine et latitudine consistant. ¶ Decẽs est cũ medicinas coq̃re volueris ꝙ eas in aq̃ clara boni saporis excoquas: et cuʒ lignis siccis et ramorũ vitiũ: et ramorũ raminis: et cum ramis rosarũ: et cum arũdinib⁹ siccis et cum herbis boni odoris optie desiccatis. Et nũc itrem⁹ ministrare res q̃s diximꝰ virtuosas et scire admirandas.
¶ Confectio ad febres adurentes mirabilis. ℞. mirabolanorum kebuloꝝ citri. añ. mechal. i. cinamomi acuti: çinçiberis recẽtis. añ mechal. ʒ. staphisagrie bone mechal. i. terãtur bene ⁊ exhibeantꝰ et soluatur ambra in oleo fisticorum: et misceantꝰ cum eo relique medicine cum triplo sui de melle iuiubaruz. dosis mechal. ij. lib. i. et. ʒ. cum sirupo pomorum dulcium.
¶ Medicina ad easdẽ febres mirabilis. ℞. mirabolanoꝝ idorũ citri. emblicoꝝ oĩum añ. mechal. bedegart seis papaueris: cassiet. añ. mechal. ʒ. terãtꝰ et cribellentꝰ inuoluatꝰ in oleo pomoꝝ: et ꝯficiantꝰ cũ triplo sui de melle: cassief. dosis mechal. ij. cũ. ʒ. ij. sirupi maloꝝ granatoꝝ dulcium.
¶ Medicina mirabilis ad quartanas. ℞. sene assari oĩum añ. mechal. i. cinamomi odoriferi mechal. ij. semis endiuie: felengemiscb: kisimbrij sebatele oĩuʒ añ. mechal. ʒ. cõficiantꝰ cũ triplo sui de melle mirabolꝰ. kebuloꝝ vel tamarindorũ. potio est mechal. iij. cum. ʒ. i. sirupi secaniabin facti in çucharo in quo fit muscus.
¶ Medicia quã laudaui ad febres: et est breuis. ℞. oes. i. corpus sene: assari: yreos: oĩum añ mechal. terãtꝰ bñ et cribellentꝰ: et ꝯficiãtꝰ cũ melle ceraugebini mechal. i. ʒ. cũ. ʒ. ij. secaniabin de çucharo facti: et de seie endiuie.
¶ Oleũ mirabile q̃d ꝯfert istis reb⁹: desiderijs aliqꝫ rez et tremori cordis: et melãcolie: et excusat diamuscaz. ℞. olei citri. boni odoris lib. i. olei nucũ. lib. i. ponãtꝰ ĩ olla limpida: et coquantur tãdiu ꝙ succi cõsumantꝰ et oleũ remaneat: et deide ab igne amoueatꝰ: et misceatꝰ pōdus mekal. ʒ. de musco boni odoris: ⁊ ex hoc oleo bibat patiens cũ necessitas ĩcubuerit a duab⁹ mekal ad medietatẽ. ʒ. i.
¶ Oleũ ꝑdicto sĩle mirabile. ℞. olei pomoꝝ dulciuʒ. lib. i. olei alkeiri palidi. li. ʒ. ponantꝰ in olla vel caldaria: ⁊ custodiantur: et misceantꝰ cũ eis he aque. s. maiorane: et ẽdiuie cauear: oĩum. añ. librã mediã: postqꝫ bulierit: et colata fuerit coquatur totũ quousqꝫ aqua ꝯsumatur: et oleuʒ remaneat: et cõmisceatur mechal mediuʒ ambre: et misceatur et bibatur tantum quantũ precepimus ex premisso: et vngatur pectus ex oleo: et toracis orificium.
¶ Oleũ occulte valẽs febrib⁹ effect⁹ mirabilꝭ. ℞. se. endi. et se. plãtaginis: et bedegart: et semis maiorane omniuʒ. añ. mechal. ʒ. Cinamomi acuti mechal. i. et. ʒ. terantꝰ et cribellentꝰ cum triplo de rob citri acris vel malorum granatoꝝ acriũ et cõficiatꝰ potio mechal. ij. cum. ʒ. i. sirupi prunorũ.
℞ Recipe seminis lactuce cucurbite papaueris portulace: bateke: ana. mechal. i. ʒ. sandali citri: camphore albissime recentis: ana mechal duo. conficiantur cum triplo sui de melle sebesten: et sumat patiens quottidie mechal. i. et. ʒ. cum sirupo violarum vel sirupo prunoruʒ.
¶ Oleum ad emigraneam calidam. ℞ Recipe amigdalarũ dulcium seminis papaueris lactuce cucurbite dulcis cucumeris bateke: ana cum succo florum nenufaris terãtur decies post exprimantur: et administrentur.

¶ Trociſci muſcati ꝯferētes epidimie ⁊ īterioꝛib⁹. ℞. ℥. mechal duo. muſci boni odoꝛis. danich. ij. çuchari ad pondus oīum ꝯficiant̄ cū ſir̄. maioꝛane. ⁊ fiāt trociſci mechal .i. doſis trociſc⁹. i. cū ſir̄. pomoꝝ dulciū. ʒ. ſ. ⁊ ſucci endiuie bulliti ⁊ collati. ʒ. ij. ¶ Ad retētionē vrine: ⁊ humoꝝ ī veſica. ℞. mirre cipi ſquināti cinamōi an̄. ptes eq̄les. ⁊ ptez ſuperficialē glandiu partes. ij. conficiant̄ cum oleo balſami. doſis mechal.

¶ Ad vlceratōez oꝛis. ℞. papiri ꝯbuſti. cipi. yreos celeſtis. an̄. terantur ⁊ ponantur in vlcere ⁊ colluatur os cuz aqua roſarum. in qua ſit poſitus ſumach.

¶ Medicia expta a̅patib⁹ coꝛrodentib⁹ ⁊ alijs. ℞. anagellas: ⁊ eſt mr̄ ſilua: ⁊ folioꝝ altiala: ⁊ ē anataria. maſticis. ciperi. ſeis ſpatule. an̄. par. i. lapis laçuli ſani ptē. ſ. ꝯficiātur cum triplo ſui cū ſucco citri acris cocto ⁊ coaggregato cū dāſiſaban: ⁊ ponāt̄ ī a̅patib⁹: ⁊ eradicat radices eoꝝ: ⁊ remouet ipſoꝝ venas. Et poſtq̄ a̅pa eradicatū fuerit ponatur hoc medicamen: qđ carnem generat.

¶ Cōfectio medicine generatiue carnis. ℞. folioꝝ faraſie .i. canſoꝝ: ⁊ folioꝝ alkebul̄. ⁊ puluis papiri ꝯbuſti: ſeis roſaꝝ. an̄. par. eq̄les. terāt̄ ⁊ admiſceant̄: ⁊ ſupponant̄ folia eiuſdem: vel plantaginis intincta melle.

¶ Medicia q̄ ex̄bit ſecūdinas ⁊ fetū moꝛtuū. ℞. caſtoꝛei. cinamōi. mirre. an̄. fiāt foꝛme glādib⁹ ſil̄es: ⁊ iuncto balſamo ſupponāt̄: ⁊ ſi foꝛte cū hoc ſecūdina nō exierit det̄ cū hoc ꝯ̄ iſto ſir̄. ℞. faſeoli: ciceris nigri: endiuie. an̄ par. i. berberis. ʒ. ſ. coquant̄ in trib⁹ lib. aque vſq̄ quo remāeat vna colet̄: det̄ patienti q̄rta ps libre vni⁹. cū. ʒ. i. de radicibus berberis: ⁊ poſitio altamie in manibus ⁊ pedibus confert nimium prouocationi menſtruoꝛum.

¶ Jtē ad a̅pata coꝛrodētia cui nō eſt par. ℞. endiuie: plātaginis: beçeet .i. çarmach. an̄. par. i. bechar. farine fabarum an̄. par. ſ. ꝯficiant̄ cū melle: ⁊ poſtq̄ carnē coꝛruptā remoueris ſupponat̄ hic puluis. ℞. coꝛali rubei. lapidis laçuli ſani. an̄. par. i. radicis piſtacce bedegart fauſel. an̄. par. ij. ⁊ ſimul pulueriçent̄ ⁊ adminiſtrentur.

¶ Emplaſtrū valēs ad idē. ℞. aloes boni: karabe egiptie: adep indi: ſan. draco. an̄. par. i. ſeis baſiliconis garet. ſe. baſilicōis maioꝛis qđ vocat̄ burūgi. an̄. par. ſ. fiat empl̄m et ponat̄ ſup locū leſū: poſtq̄ lot⁹ fuerit cū aliquib⁹ h̄ntibus vim exiccandi: vt aqua plantaginis: vel mirre: vel vino ſtiptico: ⁊ ſimilibus.

¶ Emplaſtrū ad vlcera ⁊ eriſipilā. ⁊ eſt exptū. qđ. ℞. nucū cipreſſi: folioꝝ ſpice albe. i. rubei maſculi: folioꝝ ſilue capne iuſqami. an̄. ptē. i. acatie bedegar aſſe. mirti. an̄. partē. i. ꝯficiant̄ cū roꝛe īuento ſup folia acūdimi. vel ſucco ipſoꝝ folioꝝ: ⁊ aquā ro. ⁊ ſupponāt̄. ⁊ ſi cuz rubedine fuerit miſceatur boluſarmenus cum pꝛedictis.

¶ Medicia mirabil̄ nocumēto carens: ⁊ eſt breuis ꝯferēs lapidi. ℞. cog. mirre. yreos. ſe. endiuie. ciperi. ſquināti. cinamomi. mechal. i. ſeis ſpatule. bateke capparis: ſparagi: petroſ̄. an̄. mechal. i. ʒ. ſ. ꝯficiant̄ cū melle: caſſiefiſ. ⁊ det̄ ex eo mechal. i. cū ſir̄. cog. ⁊ çucharo. ⁊. ʒ. ij. aque.

¶ Medicina ad diſtillationē vrine ⁊ ad lapidē addens in ſpermate. ℞. galle. in alio galāge ꝯtrite ⁊ cribellate ⁊ cōfecte cum butyro vaccino ⁊ melle diſpumato: ⁊ detur cuz aqua iuiubarum vel ſebeſten.

¶ Ad febꝛes occultas. ℞. bedegart. ſeis endiuie. plātagis. lactuce. bateke. an̄. mechal. i. ſe. mirte. ſandali albi. an̄. mechal. i. cinamomi mechal. ij. ſpodij. mechal. ſ. muſchi camphoꝛe. an̄. q̄rtā partē mechal. i. cōficiant̄ cū ſucco maloꝛū ḡnatoꝝ vel pomoꝛū. ⁊ doſis mechal. i. ſ. totidē cū ſir̄. viol̄.

¶ Oleū ꝯ̄ quartanas. ℞. aſſari ſene cinamōi mechal. ſ. ſe. maioꝛane herbeuētiferigemuſc mechal. i. ſeis endiuie lactuce. poꝛtulace. plātagis. ſandaloꝝ alboꝝ. an̄. mechal. ſ. lapis laçuli loti multotiēs cū aq̄ camphoꝛe. an̄. mechal. ij. cum ſirupo pomoꝛum dulcium.

¶ Ad tipum febꝛiū ⁊ rigoꝛē. ℞. radicis lilij: ⁊ cinamōi: polipodij. an̄. par. i. ℥. par. ſ. cōficiat̄ cuz oleo balſami: vel fiſticoꝝ: ⁊ det̄ an̄ perioduz mechal. i. ſ. cum aqua calida.

¶ Ad doloꝛē renū: ⁊ retentionē hūoꝝ ī eis. ℞. mirte: amomi: granoꝝ fiſticoꝝ. an̄. ptē. i. cinamōi ad pōdus oīuz ꝯficiantur cū melle de cog. detur mechal. i. ſ. cum ſirupo çucharino de radicibus.

¶ Suffumigiū ad catarrū calidū. ℞. roſ̄. mechal. x. fauſel ſandaloꝛū alboꝛū: ligni aloes. an̄. mechal. ij. muſci danich .i. camphoꝛe danich. ij. ꝯficiat̄ cū aq̄ roſ̄. ī q̄ fuerit diſſolutū mechal. i. anidi. ⁊ fiāt trociſci ex q̄b⁹ ſuffumiget̄ patiēs.

¶ Aliud ad catarrū fridū. ℞. roſ̄. ſandali albi: thuris: ana mechal. i. ligni aloes mechal. ij. coſti mechal. ſ. muſci danich. ij. ꝯficiāt̄ cū ſucco amigdalaꝝ dulciū: ⁊ cum ſtoꝛace malaſſent̄: fiāt trociſci p̄ui cū quib⁹ ſuffumigatio fiat.

¶ Suffūigiū ꝯ̄ peſtilētias. ℞. bedegart: ſandalos cū floꝛe mirti: an̄. mechal. i. ligni maioꝛāe: felēgemiſch: cipi. gario. ℥. muſci bōi: an̄. mechal. ſ. ſij. fu danic. ij. ꝯficiāt̄ cū aq̄ ro. in q̄ diſſoluta fuerit ſtoꝛacis ambꝛe. an̄. mechal. ſ.

¶ Medicia paliſi ꝯferēs expta. ℞. caſtoꝛei. ℥. coſti dulcl: cog. acoꝛi: bacaruz lauri: an̄. mechal. am. muſci mechal. ſ. terantur ⁊ inuoluantur in oleo alkeiri alb. ⁊ conficiantur cum melle albo claro detur ad magnitudinem nucis.

¶ Et ad paraliſim cal̄az. ℞. lac ouiū nouaꝝ ſanaꝝ q̄ ī olla limpida ponat̄ ⁊ miſceat̄ cū eo oleū nenufaris ⁊ cucurbitaꝝ dulciū. an̄. lib. i. coquāt̄ ad ignē leuē donec oleū cōſumet̄: ⁊ miſceat̄ cū eo lib. i. çuchari tereniabin al. ⁊ coq̄t̄ q̊uſq̄ ad coagulationē p̄ueniat: ⁊ egro adminiſtret̄ q̊uſq̄ ſanitati integre ſit reſtitutus. Et in babico frigidas herbas habente ponatur: ⁊ oleis frigidis inungatur. ¶ Ad ſputū ſanguinis q̄ ex a̅pate ſtomachi: vel inteſtinoꝛum accidit. ℞. bedegar; ſuchaa. i. ſpina alba capilluſueneris. ſe. memithe. ro. an̄. ʒ. ij. charabe. boliar. floꝛis ſquināti. rarſeſachan raſine. amigđ. an̄. ʒ. ij. farie arnuclinū ad pōd⁹ oīum conficiantur cum melle maſticis detur ad quātitatē auellane.

¶ Ad venēa. ℞. amōi. ariſtologie rotūde. baccharuz lauri: raſine: ruthe: an̄. mechal. i. ſ. ⁊ iungat̄ cuz oleo nuc̄. ⁊ cōficiāt̄ ex melle ficuū: ⁊ ſūat̄ q̊tidie ad magnitudinē nuc̄.

¶ Ad tuſſiz. ℞. ſucci ligr̄. cog. ſe. cucurbite. dꝛag. al. bōi. an̄. mechal. ij. m. penidioꝝ ad pōd⁹ oīuz ꝯficiāt̄ cū. ʒ. i. mucil̄. ſe. citonioꝝ fcā in aqua roſ̄. ⁊. ʒ. ij. mellis iuiubarum.

¶ Medicia ad fluxū expta. ℞. galle. fauſel. i. auellana inda. ſe. acetoſe. farine glādiū. an̄. ꝯficiantur cum melle vel cū diacitoniton acri. ⁊ adminiſtretur.

¶ Medicia ꝯferēs epilēcis ex̄hēs putredinez a coꝛpe. ℞. elleboꝛi: cantar. i. catapucie. ſucci maioꝛāe. endiuie. an̄. lib. .i. ſucci ſticados. ſucci ſpine maſcl̄i: al. ⁊ rubei: pomoꝝ dul. an̄. lib. ſ. Poſtq̄ bulierit ⁊ collata fuerit: ⁊ appoſuerit endiuie: polipodij: ſene: ariſtologie: roſaꝝ: piſtate oīuz an̄. ptē .i. buliat totū ī aq̄ p̄dicta ⁊ miſce ſucci maloꝝ granatoꝝ: ⁊ mell̄. caſſiefiſt. ⁊ pēidioꝝ: an̄. ptes eq̄les fumēt vſq̄ q̊ fiat ſir̄. ⁊ apponat̄ muſti ambꝛe: an̄. mechal. ſ. ⁊ ab igne remoueat̄ doſ̄. ij. pars. lib. cū eq̄li pōdere ſucci fumiterre: ⁊ ſi n̄ poſſit bibere cum hoc ſucco detur cum aqua frigida.

¶ Gargariſma a̅pa gule remouēs ⁊ doloꝛes: ⁊ facit anhelitū habilē. ℞. de rob p̄ūoꝝ ꝯfectoꝝ cū vino mirtio: ⁊ diamoꝛon: ⁊ mellis ficuū cōfecti cū tereīabin. an̄. ptes eq̄les: ſoluat̄ ī eis ⁊ q̄rta ps alumis iameni: ⁊ mell̄. caſſiefi. ⁊ medietas partis vni⁹ fiat gargariſma: ⁊ detur ex eo. ʒ. ſ. ⁊ tantūdem acetoſitatis citri collate.

¶ Medicina mirabilis expta ad coitū. ℞. granoꝛū pinee maioꝛis infuſe p̄ diē ⁊ noctem lib. i. ⁊ molant̄ ī lapide molēdini. Et accipe cinamomi: ſeis eruce: paſtiace: rape: mulge: ſtipitū palme viridis: nō vt q̄ comedunt̄: ⁊ lingue auis ⁊ granoꝝ çelei: ⁊ ſecacul: ⁊ buhumen: coſti cul̄c. çinçiberis

renum passer. coire desiderãtium:oïum añ.ȝ.iy. penidio/rum bonoꝝ.ȝ.xxx.terãt bñ:ꝛ conficiant ad ignem: ꝛ mi/sceant cũ melle ꝺ satiriõ:ꝛ cũ tãtũdẽ mell'.albi. ꝛ misceãt cũ eis reliq̃ medicine vsq̃ꝫ q̃ fiat res el'ario sil'is : ꝛ misceat mirti ꝛ ambre.añ.ȝ.i.ꝛ remoueat ab igne. Si qs cal'e cõ/pl'onis fuerit det ad magnitudinẽ auellane. Si fride i du/plo cũ sirupo mell' muscati: vel cũ vino calido odorifero.

Alcofol eradicãs albedinẽ ĩ oculo exñtẽ. ℞.succi rubi al bi madaclux.añ.lib.ʒ.misceãt cũ eis mirabolanoꝝ.añ.ȝ. iiy.ꝛ fiat puluis subtilissim⁹:ꝛ scias ꝙ hoc est vltimũ ĩ al/bedinem eradicandam.

Aliud ad pruritũ oculoꝝ ꝛ scabiẽ ꝛ pãnũ:ꝛ amissionẽ vi/sus. ℞.granoꝝ puoꝝ maloꝝ granatoꝝ viridiũ:floꝛuz co/ctani:mł'ni:boli armeni.se.ro.añ.ȝ.y.separatim ꝑ se pistẽt ꝛ accipe lapidẽ teneg:ꝛ tutie.añ.ȝ.i.ꝛ.ʒ.limature auri po/site in aqua rosaꝝ ꝑ duas hebdomadas: ꝛ ter ĩ die mixte ꝛ exacute:ꝛ pistate ꝯueniẽs sit:ꝛ misceat cuꝫ reliq̃s medi/cinis:ꝛ ponãt oïa ĩ acetositate citri acris:ꝛ misceãt cũ mu/cillagine citonioꝝ:ꝛ aq̃ rosaꝝ:ꝛ misceat sic trib⁹ dieb⁹:de/inde terat optime ꝛ ad vmbrã exiccet:ꝛ misceatur musci rubei dauic.i.ꝛ seis plãtag.optime triti.ȝ.ʒ.administrent.

Aliõ ꝯferẽs descẽsui aque visũ augmẽtãs ꝛ ꝯfortãs. ℞. mirabolanoꝝ.ȝ.i.nucleoꝝ tamarindi.ȝ.ʒ.sarcocolle: me/chal.i.lapidis laçuli.ȝ.i:aloes dauich.fiat puluis subtilissi/mus:ꝛ ponat ĩ eq̃lib⁹ põderib⁹ mirabolanoꝝ kebuloꝛũ: ꝛ mellis maloꝝ dulciũ granatoꝝ cũ.iy.lib.succi endiuie:ꝛ ĩ tãto succi plãtaginis. Postq̃ꝫ oïa bulierint ꝛ collata fuerit misceat puluis ꝑdict⁹ cũ succis noïatis:demũ exiccet:ꝛ in eisdẽ mellis põderib⁹ iteꝝ ponat:ꝛ succoꝝ ꝛ ꝑdicta mł'ta imbibitiõe secũda cũ aq̃ rosaꝝ temperẽt:ad ignẽ ponant leuẽ:quousq̃ꝫ misceãt ꝛ buliant. In q̃b⁹ puluis iacinti ru/bei optime pistati ponat.ȝ.ʒ.musci optimi dauic.y.deide ab igne remoueat:ꝛ ĩ vitro ꝯseruet:ꝛ administret stõ:vel ciborum digestione celebrata.

Liber tertius de casibus qui ipsi rasi acciderunt.



N parte mei tpis in philosophia ꝛ medicina studẽs multum vigilaui noctib⁹: ꝛ sõnuꝫ amisi:ꝛ feci res q̃ mihi nõ valuerũt:ꝛ nihil ĩueni qõ tãtũ cõ/ferret q̃ꝫ oleũ nenufaris: qõ in nasũ trahẽ do aerẽ pieci ꝛ lactuce q̃s coctas ꝛ crudas comedebã. Uisus tñ debilitatẽ ꝛ minora/tionẽ coit⁹ ĩ me generauerũt:ꝛ nõ ĩueni qõ ꝯferret tantuꝫ mihi quãtũ passeꝝ comestio ꝛ ipsoꝝ brodiũ cuꝫ ouis ꝛ al/muri:ꝛ cinamomo:ꝛ pipe:ꝛ pulloꝝ colũbaꝝ ꝑpatoꝝ:et in me vis ꝛ memoria fuit optime restituta.

Ad ꝫ oleũ feci quo nullũ meli⁹ inuenit. ℞.olei granoꝝ pince:olei albẽ:olei alkeiri:olei pomoꝝ dulciũ.añ. parteꝫ vnã:felliũ passeꝝ cũ volũtatẽ hñt coeũdi:ptẽ mediã.seis alkeiri palidi:mechal.i.buliãt oïa ad igneꝫ leuem. Cui ab igne remouẽdo muschi mechal.ʒ.misceat:cũ q̃ genitalia ꝛ pectus post balneum vngantur:prouocat virtuteꝫ ꝛ de/lectationem vigorat.

Aliud in ciuitate çelergebani:quidam vir desideria ha/bens sine cã ꝛ timorem ꝛ cordis tremoreꝫ accessit ad me. Nam inter medicinas nihil inueni tantũ contulisse: quã/tum carnes ancipitris cocte cum succo maiorane:ꝛ vinuꝫ album subtile:ꝛ inunxi corpus eius oleis odoriferis:ꝛ re/stitutus est sanitati prorsus.

Contingens aliud. nõ hñt antiqui debiles et ethici et ca/rentes sanitate rem q̃ magis eis proficiat q̃ꝫ auinꝫ 'come/stio:et turturũ pulloꝝ columbaꝝ passeꝝ in vino odorife/ro coctoꝝ:et vinum bonum bibere.

Cõtingẽs aliud. rex albomet hali filius extraxit sangui/nem in quãtitate nimia:et erat tpe autũni et bibit vinuꝫ: et post somnũ sanguis exiuit ad quãtitatẽ triũ libraꝝ: ad quem de nocte fui vocat⁹:et eũ sincopiçantẽ ĩueni: et ocu/li eius ꝑpter extasim leuabãt in altũ. Et ꝑcepi mihi affer/ri quinq̃ꝫ pullos columbaꝝ albarũ quos ꝑcepi optime ꝑ/parari:et membra ꝑ se separi feci:et in quatuor libris vini odoriferi eas coxi:quousq̃ꝫ carnes ab ossib⁹ segregate fue/runt:et multũ in decoctione posui de gariofilis et cinamo/mi:quã decoctionẽ colaui postmodũ:et eam posui ĩ vase rostrum habente:et regi ad bibendũ ministraui:et añ so/lis ortum loqui incepit:quã decoctioneꝫ triginta diebus sumpsit:et virtus eius ad eum reuersa est: et sanguis ĩ eo fuit optime restauratus.

Cõtingẽs aliud. Casus accidit errifideni regi.s.iuxta ce/rebrũ apa:et cog̃scebat me ꝛ venerabat:extraxi ei sãgui/nis libr.iy. vsq̃ꝫ quo sincopiçauit sincopi timorosa: et post/modũ cogitare cepi:et inunxi corpus eius ex algalia:et ex ea posui ad nares.et lib.i.vini odoriferi temperaui cũ eq̃/li pondere sui ex iure pulloꝝ gallinaꝝ et columboꝝ ĩ quo muscũ posueram:et hoc in os ei⁹ misi successiue. Et cum a sincopi fuit liberat⁹ seruiẽtes eius plorare ceperũt. Et q̃/dam ex eis obliquo me respiciẽtes vultu:in morteꝫ meã conspirauerãt. Cum vo rex integre restitutus esset mihi di/xit ꝙ dũ ĩ sincopi ꝑmanebat de egritudine sua non dole/bat q̃ꝫplurimũ:sꝫ tota ĩtẽtio sua circa me versabat timẽs ne astãtes mihi mortẽ ĩferrẽt. Credebat.n.ꝙ ego ipsi hãc nõ adhiberem curã nisi esse crederẽ salubrẽ:precepit igi/tur mihi vt nunq̃ꝫ eum corã aliquib⁹ minui facerẽ nisi for/tasse femie sole astarent. Et scias ꝙ iste rex a magno bir/sen euasit hac egritudine.

Contingens aliud de fluxu diuturno. q̃dã amicus me⁹ ĩ medicina paꝝ instruct⁹ a fluxu lõgo vexat⁹ fuerat tpe cui ꝑl'es res ẽt pluries ostẽdi. Et dixit tandẽ mihi ꝙ nihil ꝑfi/ciebãt. Unde vt curã egritudinis certificarẽ ꝑ vnã noctẽ secũ mansi:et cognoui q̃ꝛ post sõnũ fortius vexabat a flu/xu:et ꝑpendi cãm egritudinis eẽ humorẽ calidũ et acutũ a cerebro cadentẽ: qui q̃dẽ cum in stõ veniebat fluere co/gebat. Cum vo patiens excitabatur fluxu carebat: et spu/tum assiduũ hẽbat. precepi ergo ei vt caput raderet: et vt ipsum cum sinapi et musco fricaret fortiter:et sanitati fu/it postmodũ restitut⁹:nũq̃ꝫ capitis ei tedium fiebat.

Apoplexia accidit regi hamech filio hali: et ĩ principio curã conuenientẽ nõ habuit:sed dimiserũt eũ sicut erat:ꝛ nullus ex eius mag̃ris ei aliud ꝑcepit fieri nisi inungi cor/pus reb⁹ odoriferis et suffumigari:qõ sufficiẽs ei non cre/didi.sed feci ventosã collo eius apponi:et velociter ab il/la egritudie exiuit:et est res in q̃ ꝯfidentia esse debet. Et si hoï qui feminee ꝯplonis non sit et sit mollis corpis hec euenerit egritudo:in collo: vt ꝑdiximus vẽtoset. Et nihil ex eis que aly preceperunt facere volui. sed in nasum ei⁹ oleum nenufarinum proieci.

A perditiõe multorũ multos euadere feci qui siccitate et ardore stõi vexabant:cum oleo nenufarino et sirupo eiusdẽ:quibus ad potandũ dedi vinũ albũ limphatũ cuꝫ aqua niuis temperatũ. Et faciebaꝫ eos comedere pullos pingues: in quoꝛuꝫ decoctionibus mucillagines seminis citonioꝝ ponebã:et oleum nenufaris.

Quidã amicus meus bone rõnis qui mecũ in libris Ha/lieni studebat ardorem patiebatur in stomacho: q̃ ardor augmentabatur amplius cuꝫ cibaria a stomacho recede/bant. docui aũt eum res quas faceret:et dixit mihi iã eas fecisse:et precepi ei vt reciperet. iy. ȝ. çuchari ros. et tan/tũdem çuchari violati et precepi hec optime permisceri: quibus mechal.ʒ.ambre apposui:et.ȝ.i.olei nenufaris et oleuꝫ in eo cõmiscui et eo fuit vsus:et ab egritudine eua/sit iussu dei.

Cõtingens aliud. curaui q̃ꝫplures a febribus a sole pro/uenientib⁹ cum balneis temperatis et cum aqua frida q̃

adeo erat frida q patiēs ex ea terrorē habebat.

¶ Cōtingens aliud. curaui hoies ab occultis mortiferis febribus cum rob fructuū laxatiuoꝝ: et cum bonis odoribus fridis: et cum reb⁹ temperatis: et infridaui eos et humefeci: q si hec nō adhiberet᷑ cura: patiēs succūberet.

¶ Aliud ɔtingens alicui hoi in estate tempore caloris. accidit: q cum iter aggrederet᷑ febris eum acuta multū inuasit. et caliditas in ipso fuit augmentata: et color eius incepit rubeus fieri: et complexio ipsi⁹ mutata fuit: et egritudo eius augmentata est: ꝛ spiritus ipsius erat valde calidus ad modū ignis: ꝛ perpendi in ipso signa fluxus sanguinis: ꝛ tremorem cordis habebat. Et perpendi vt fluxū sanguinis pateretur. expectaui igitur per vnam horaꝫ vel duas credēs eū aliquē fluxum habituꝝ: ꝛ nihil ei accidebat: pcepi ei nares fricare fortiter ꝛ nō exiuit sanguis: ꝛ caliditas ꝛ ipatiētia: ꝛ dolores i ipso ceperūt augmētari. Dedi ḡ ei decē lib. aq fride: ꝛ calor ē tēpat⁹: ꝛ vrinaꝫ fecit i q̄titate nimia: ꝛ febris ei⁹ minui icepit: durauit tñ i eo febris q̄dragita dieb⁹. ¶ Et seruū quedā q nllus ei aquā porrexit sicut porrecta fuit dño pp itētionē quā erga eū hēbāt. ꝛ seru⁹ añ horā vesptinā decessit: ꝛ casus i mãe acciderat.

¶ Casus isti lz suprapositi fuerāt: q tñ drñs trāslatō hic ꝛ ibi ponit᷑ ꝛ in aliq̄b⁹ hec ab illa supfluit eos iō hic subdere curauimus.

Dominus rex haamoꝝ fili⁹ haly minuit se i autūno: q̄ inebriato solutū fuit ligamē brachij: ꝛ sanguis fluxit multitudo ad quē i nocte duct⁹ fui: ꝛ iueni ipm sincopiçantē ita fortiter q ēt aptis oculis palpebras non mouebat. tūc pcepi iugulari qnqꝫ pullos colūbarū ꝛ qnqꝫ pullos gallinaꝝ: ꝛ scindere mēbratim: ꝛ coqre in trib⁹ lib. vini odoriferi: ꝛ tādiu bulire donec ossa sepata eēnt a carnib⁹: ꝛ apposui muscū: gariofil. cinamo. ꝛ colaturā ppinari p vas coiectoriū: ꝛ paulopost redit ei virt⁹: ꝛ memoria: et loquut⁹ fuit: q vsus fuit hac medicia trigita dieb⁹ dōec recuperauit sanguinē quem amiserat.

¶ Contigit iteꝝ dño regi calidū apa iuxta aurē. ego autez erā sibi valde not⁹ ꝛ familiaris: ꝛ pcepi fieri minutionem ad q̄titatē. iij. lib. q icidit i sincopim p lōgā morā: ꝛ curaui ipm absqꝫ timore: vnxi corp⁹ ei⁹ cū algalia: ꝛ itromisi multū: ex ea in narib⁹ suis: ꝛ accepi. i. lib. vini odoriferi. ꝛ. i. iuris pulloꝝ colūbaꝝ: ꝛ pulloꝝ gallinaꝝ: ꝛ addidi muscū bonū rubeū: ꝛ pieci i ipsi⁹ guttur: q statim ē recordat⁹. nō ē ḡ dubium quin illa via euaserit a forti freneſi p hanc medicinam: scꝫ minutionem.

¶ Et cōtingit haamel filio haly apoplexia ꝛ medici pñtes pceperūt appōi i narib⁹ arōatica: ꝛ nō laudaui. Sꝫ ɔtētus fui pōere vētosā i fontanella colli: qđ est vtile oi hñti apoplexiā q̄ nō fit ex frida ɔplone: ꝛ nō idigui in emigraneis acutis alia medicia nisi apponere oleū nenufar. i narib⁹.

¶ Quidā ɔquerebat᷑ de fluxu vētris ɔtiuo: ꝛ pcepi vti rebus q̄b⁹ añ fuerat vsus. Sꝫ nō pfuerūt: ꝛ cū morā facerez cū ipso: vidi q nō surgebat ad selā frequēter nisi p⁹ longū sōnū. Deinde ɔstipabat᷑ nā ei⁹ diu: q̄sui tūc ab eo vtrū accideret ei p⁹ sōnū noctis q rñdit q sic. ꝛ itellexi q hūor descēdebat a capite ad stōm: ꝛ ɔmouebat stōꝫ ad expellēda supflua: ꝛ qñ vigilabat spuebat sepe. vñ ppēdi q ille hūor descēdebat i sōno: cui pcepi q tōderet caput: ꝛ fricaret cū sinapi: ꝛ redoleret muscū: ꝛ ablat⁹ ē fluxus cronicus.

¶ Liberaui ēt q̄ples hoies a morte q ɔqrebāt᷑ de siccitate stōi: ꝛ calore: ꝛ cū receptiōe çuchari nenufarini: ꝛ ei⁹ sirupo: ꝛ vīo albo limphato cū tātūdē aq ifridate sup niuē: et dabā ei pullos coctos infridatos: ꝛ aspsos cuꝫ viscositate citonioꝝ ꝛ oleo nenufarino.

¶ Et hēbā sociū q ɔqrebat de arsura stōi maxie i pncipio digōnis. accepi. ℥. iij. çuchari viol. ꝛ ro. ɔmiscui ꝛ apposui ℥. i. aloe. ꝛ. ℥. i. olei nenufar. Et iteꝝ ɔmiscui ꝛ feci ipm i eo q curat⁹ fuit curatiōe ɔpleta: ꝛ sp fui ɔtēt⁹ in effimera solo balneo dulcis aq tepide. Deiñ aq fride cauēdo sp ne pateret᷑ orripilationē: ꝛ sp fui ɔtētus i sinocha sirupis fructuū laxatiuis: ꝛ in oi gñe febriū: vti infridatiōe ꝛ hūectatiōe: ꝛ hec ē curatio quā adhibui cuidaꝫ q aggressus fuit iter i estate: q rediēs icidit febrē acutā fortis caloris valde: i q̄rto vo die augmētata fe. est: ꝛ rubedo col. ꝛ appuerūt mala signa: ꝛ vapor q ab eo resoluebat᷑: erat valde calid⁹: ꝛ post horā icurrebat cardiacā. ego aūt expectabā fluxū e naribus: vel fluxū vētris cum vidi q hec oia accñtia supueiebant ꝛ pmanebāt in eadē mala dispōne pcepi q scalperet i naso si forte supueiret flux⁹: q cū tardaret: ꝛ calor augmētaret᷑: ppinaui decē lib. aq fride: ꝛ statim hūit rigorē: ꝛ remissus ē calor: ꝛ vrinauit: ꝛ sic pmāsit febris dieb⁹ decē: et silr seruiēs eius qui cū eo inerat: etiā hāc eadē passus est fe. Sꝫ q nō potauit aquā fridā eadē hora mortu⁹ ē i eiusdē diei meridie. nō est ergo dubiū quin iste liberatus sit a morte per aque frigide potum.



Dicit Rasis: cū essem sollicit⁹ plimuꝫ circa medicinā me oportebat vigilare: ꝛ tādiu feci donec oio sōno carui: ꝛ vsus fui rebus diuersis q̄ mihi nihil pfuerūt: ꝛ nō iueni meli⁹ q̄ apponere narib⁹ oleū nenufarinū ꝛ lactucas comedere: q̄b⁹ vsus fui oi tpe iuuētutis mee: ꝛ sūpsi in tpe senectutis paꝝ coctas. q vsus ꝛ tūc incurri debilitatē visus ꝛ mollitiē testiculoꝝ: ꝛ nō iueni meli⁹ q̄ cōedere passeres ꝛ pullos columbaꝝ quousqꝫ redit visus: ꝛ iueni mirabile ad hoc oleū: post qđ nō est aliud i eius opatiōe. ℞. ol. pineaꝝ. olei de ben. olei macianoꝝ dul. añ. fel passeꝝ mediā ptē buliāt oia bullitiōe vna sup leuē ignez. p⁹ adde. ℥. ℥. musci rubei ꝛ vnge virgā ꝛ testiculos: ꝛ vtere post balneū: ꝫ oleū calefacit ꝛ tēpat spūs. Quidā iuuēis soci⁹ me⁹ q mecū erat hyerosolymis ɔq̄stus erat mihi de cardiaca ꝛ tristitia ꝛ timore sine cā manifesta: cui pcepi vt esset cōtent⁹ carnib⁹ ancipitris coctis cum basilicō gariofilato assatis ꝛ aspsis aq ro. ꝛ pcepi potare vinū albuꝫ loco aque: ꝛ odorare aromatica: ꝛ p ꝫ ipm feci acqrere audaciā ꝛ fortitudinē: ꝛ sic curat⁹ est a passiōe. Et scias q nō pōt ɔfortari virtus senis ꝛ ɔualescētiū: ꝛ pauci sanguinis nisi p vsuꝫ columbaꝝ ꝛ turturū ꝛ passeꝝ cum vino odorifero.

¶ Liber quartus de dietis medicinis ꝛ cibarijs.



Omne cibariū ex aīalib⁹ vl ex nascētibus nō euadit qn aliqđ vtilitatis vel corruptionis hēat. Et nāles phi secreta eoꝝ inestigauere q̄plimū: ꝛ nō attigerūt aliqđ nisi debili iuestigatōe quo ad vitatē. Et sciētes i hac re vbū stabile ōbēt pponere. Et ego qdē sicut ꝛ phi cōsulo: vt ex his reb⁹ minus q̄ vnq̄ poterit accipiat. Et cōsulo vt ex eis qs vtat᷑ q̄b⁹ ɔploni sue dissonātia ñ existat. Et ꝫ antiq laudauerūt sine ꝫ q secreta sua detegerēt. ¶ Et scias q oē q occultā hꝫ virtutē aliqđ forte in corpe vel vtilitatis vel corruptiōis opat᷑: ꝛ ex q̄buscūqꝫ vti nō dꝫ. Et ex his occultis nesciūt hoies neqꝫ itelligūt: neqꝫ ēt pñt noiare. Intellect⁹. n. eoꝝ occult⁹. Sed dieta ꝛ medicatio re subtili ꝛ spūali dꝫ fieri: q odor ꝛ odoris vapor oñdit absqꝫ his que p comestionē ꝛ potū noscūt᷑. Et ob ꝫ ɔsulo vt ex medicis qs min⁹ accipiat. Et ego detexi hic vitatē. Expta. n. sunt ea q̄ i ꝫ loquēdi metodo apposui i ꝫ meo libro: quē equidē ad hūanā vtilitatē ɔposui: q inter alias dignior existit. Et iō ciboꝝ ꝛ medicinaꝝ vtutes iqsiui ampli⁹ i ꝫ vbo vt maiorē possēt hoies vtilitatē hr̄e: ꝛ nos hic vboꝝ mltitudiēz abijcimus. Et multa relinquimus: propterea q homini esset difficile itelligere: ꝛ ob hoc librū nostrum laudamus quia continet veritatem. Si ex rebus viuentibus quis

vtetur recentibus cũ suo sanguĩe maior ⁊ velocior ad vtilitatem ferẽ dieta: ꝙ̃ qui reb⁹ subtilibus vti voluerit ⁊ calidis: sed tñ ad hoc accedere non poterit propter suã complexionẽ ⁊ necessitatẽ: ⁊ ꝓpter consuetudinez nõ excusat gn spectet: ⁊ abstineat tpe mortis ipsoꝝ vt ipsoꝝ virt⁹ frãgatur: que fortasse ꝑ vnã diẽ debet dimitti: et sic ↄuenientia ipoꝝ melior est. ❡ Et reges elegerũt aquilas ⁊ ancipitres: lupos et canes: ⁊ reliqua rapiẽtia ad hoc videlꝫ vt ñ tantũ delectenẽ. veꝝ ẽt vtilitatẽ ex captiõe habeãt ⁊ salutem: ⁊ vt ipsoꝝ carnes que dure sunt ꝑ motũ frangantẽ: et ẽt qꝛ mors eorum existit proxima. Et ob hoc naturales ꝑceperunt vt cum ex his rebus quis vti debeat prius virt⁹ carnis eorum debiliteẽ per motũ. Et si prius hoc eis viuẽtibus factũ fuerit: ⁊ postea interfecte fuerit carnes ipsaꝝ habiliores fient. Etiã dixit Dipo. Ex eis que carnes habiles ad comedendũ faciunt est artum vel nitruz: vel nitri frusta: vel rami ficuũ. hec enim oĩa aperte preparant: et ex hoc precipim⁹ vt coclearia ex ficub⁹ fiant. hec. n. coclearia carnes reddũt habiles: ⁊ in libro cognaꝝ cagiçen abusamen. dixit Johemor cũ corpa nõ nisi ꝑ cibaria degant ⁊ vegetenẽ: deberent reges inuestigare res q̃ appetitũ ꝓuocarent ⁊ sufficienter comederent ex reb⁹ viuis. Et debent res diuersas comedere cuz reb⁹ saporiferis ⁊ boni odoris ⁊ bonas debẽt ollas hr̃e: et cognari⁹ eoꝝ dꝫ eẽ medicus.

❡ Sermo in reb⁹ que electe sunt ex reb⁹ viuẽtib⁹ quadrupedibus ⁊ auib⁹ ⁊ ex domesticis ⁊ ex montanis melior: ex carnibus pilos hñtibus: saporosior ⁊ aptior ⁊ temperatior est cum aceto ⁊ agresta. Et ex eis q̃ coquunẽ ⁊ assantur ad prunas. Et assate ad prunas ponderosiores sed almurieos ꝑparat. Sed a capitib⁹ hoĩes precauere debẽt ⁊ a caudis. philosophi. n. dixerunt ꝙ carnes pilose venẽa nõ euadunt naturaliter: ⁊ maxime capita eoꝝ ⁊ caude: ⁊ ideo comedi non debent.

❡ Melior ex carnibus montanis ⁊ absqꝫ nocumento minori: ⁊ absqꝫ vẽtositate. Caro gaçelis ⁊ caprioli existit. Parum tñ est sicca: cuius siccitas cum oleis humidis remoueẽ et ĩ comestiõe eius virtus accidit mirabilis. Prodest paralisi fridẽ: et iteriora ipsius comedere ẽ austeꝝ: tenasmũ. n. generat. Et pedes eoꝝ assidue comedere hoc idem efficit propter superfluam siccitatem: et hec membra comedi non debent.

❡ Caro edina est frigida et humida mirabilis: sꝫ ĩ ea odor existit: et ideo comedi debent edi non magni: et apti sunt ad salutis custodiam.

❡ Arietina caro bona est cũ nõ est antiqua. euasit malitiã eius: cui iaz cornu creuit. Cũ. n. cornu ipsi⁹ nasciẽ humiditatẽ amittit: et medulla ipsi⁹ vsui nõ ẽ apta. a ꝓprietate. n. habet obliuionẽ facere: aries tẽperat⁹ est in estate. Tẽperatior. n. calidior est et in estatis tpe visus ex eo nõ est conueniens. Ex calore enim superfluo maniaz facit: et assati maxime: et in omni re alia euadit malitiam.

❡ Pulli gallinaꝝ temperati ad friditatẽ declines parũp: digerunẽ velociter vsui ↄueniẽtes: sperma augmẽtãtes ⁊ sanguinem. Et Aꝝ. phus dixit. habent virtutem calorem innatum vigorandi.

❡ Galline que nimiũ nõ sunt antique nec nimiuz pingues mirabilis cibus existit: ⁊ tempatiores alys existũt: ⁊ pull⁹ approximãt: ⁊ eaꝝ medulle virtutẽ hñt generãdi vertiginem: ⁊ dixerunt phi ꝙ earũ axungie iter ceteras obtinẽt principatũ in mollificãdo duriciẽ: qõ axũgie anseꝝ efficiunt: ⁊ gallinas comedere generat lumbricos.

❡ Galli veteres vsui nõ ↄuenientes hũiditate priuati sũt: cum assellanduz danẽ dubiũ est. Nitrositas. n. que in eis existit: putredinẽ generat. ❡ Et dixit Galien⁹ ĩ libro suo secretorũ ꝙ ossa galloꝝ subeth efficiunt ꝑꝑ proprietatem cũ comedũẽ vel excitãẽ: ⁊ melius est vt dimittanẽ.

❡ Pulli columbaꝝ cib⁹ mirabilis ad caliditatẽ declinãs: ⁊ phi dixerunt ꝙ in eis est virtus mirabilis: ⁊ ꝑceperunt ꝙ hi qui paꝝ habẽt sanguinis: ⁊ quib⁹ deficiũt virtutes: ⁊ calor innat⁹ debẽt eos comedere: ⁊ ex ꝓprietate dolori renum cõferunt: sanguinẽ colant corruptum. ❡ Et he due res sunt mirabiles. ⁊ hñt ꝓprietatẽ egritudinẽ capitis cronicam generãdi: quare capita eoꝝ cum iterficiunt auferri debent: vt eoꝝ malitia reprimatur.

❡ Perdices cib⁹ bonus ad friditatẽ ⁊ siccitatem tendens. Jus eaꝝ boni odoris ⁊ boni saporis nãliter temperatũ: et ad comedendũ sunt apte: qñ cum oleribus comedũẽ. s. cũ rapistro yameni. Et eoꝝ virtus mirabilis: quam dixerũt phi est. ꝙ humiditatẽ exiccant stõi: ⁊ putredinẽ extrahũt: ⁊. s. hoc nõ est dubitatio: maxime tamẽ si cuz succo pomorum dulcium excoquanẽ. Et sic cocte euadũt malitiam: ⁊ earũ virtus secũda est retentiuã confortare virtutem.

❡ Fasianus cibus cõueniens laudabilis subtilis pullis affinis quo ad esum. ethicos confortat qui ab egritudinibus ethici fiunt: ⁊ hñt proprietatẽ vigorãdi virtutes que digerũt humores corruptos in stõ reparant.

❡ Alchadareg bonos efficit humores: ⁊ est cõueniẽs cib⁹ ⁊ subtilis: ⁊ est calidior alys auibus ⁊ caliditati innatẽ affinis existit. Et mala acetosa ⁊ coctana: ⁊ mala g̃nata acria: ⁊ citri qõcũqꝫ ipsoruz cum ipso misceẽ ipsius caliditatem reprimit: ⁊ hꝫ proprietatẽ augmentãdi intellectũ: ⁊ remouet damnũ: qõ medulla arietuz operatur.

❡ Areching: facilius a stõ vincitur q̃ alie aues: que sũt p⁹ alchadoreg: sed sunt humidiores in autũno. quare virt⁹ in ipsa cognita est que sũt apposite cũ comesta fuerit.

❡ Anates proprietatẽ habent soluẽdi humores in intestinis ⁊ purgant ea. Eoꝝ epata ꝓprietatẽ habẽt priuãdi fluxum ex debilitate epatis accidentem.

❡ Turtures cib⁹ conueniens bonos efficit humores caliditati attinent: ⁊ ↄferunt plus post pullos columbaruz: et habẽt virtutẽ mirabilẽ: ⁊ augmentãt sanguinẽ in oĩbus ĩ quibus est paucus. Et dixit phs. proprietate vigorant vĩutem retentiuã: ⁊ in hoc maxime preualent.

❡ Atleiar ⁊ dr̃ ꝙ sit merulus auis humida laudata bonos efficiens humores cito digeriẽ: ⁊ dicit cratem spintalis in libro suo quẽ composuit: ꝙ est melior cibus ⁊ conuenientior eis in quibus melancolia incipit generari.

❡ Alchenebit. i. columbus silr̃ leuis est cibus ⁊ subtilis: et hẽt proprietatẽ ad fluxum: ⁊ ius ipsius prepat humores: ⁊ eos facit habiles ad soluendũ: et est laudabilis eis: q ex egritudine deficiunt: et hoc dixit phs: ꝙ carnes eius hñt proprietatem remouendi tenasmum.

❡ Lac a quo butiꝝ nõ est tractum: ⁊ maxime recens ⁊ butirũ crudũ intestina humefaciũt ⁊ lubricant: ⁊ ea ledunt. lac coleram incendit ⁊ ardorẽ: recens somnum ꝓuocat ⁊ vigore caliditatem innatã confortat.

❡ Oua meliora sunt oua gallinaꝝ earum que cum gallis viuunt: ⁊ dixit arçicon: ꝙ oua gallinaꝝ virtutem augmẽtant: ⁊ maxime in virtute coeundi: humectant: ⁊ ethicis conferunt ⁊ sanis hominibus.

❡ Pisces meliores sunt fluuiales: ⁊ marini sunt illi qui habent asperã cutem: ⁊ non sunt mucillaginosi: ⁊ nãliter albi sunt ad moduz argenti. Et pisces nigri ⁊ rubei in qbus sunt pẽne diuerse: ⁊ qui hñt colorem pauonis: ⁊ in quibus macule sunt nigre: ⁊ palide: nãliter mali sunt: ⁊ ab eis est cauendũ. Apostema. n. generant in membris anteriorib⁹ ⁊ intestinis: ⁊ puncturas: ⁊ oppilationem generãt: nocumentum visui inferunt: maluz sanguinem generant: ⁊ frigidos naturaliter humectant.

❡ Olera humores humectant non sunt cibus conueniẽs: ⁊ melior eis est endiuia et acetosa: arcula ⁊ rapistruz ⁊ holus iamenũ ⁊ lactuce: et eorum comestio visum debilitat

⁊ calorem innatum.
¶ Cucurbita si ex eis nimis comedat tenasmuz generat: sed si aceto ⁊ alys preparetur melioratur.
¶ Lenticule habēt virtutē cancrum generandi: humido stōacho conferūt: cū nimiū cocte fuerint: ⁊ si cōfecte fuerint cum oleo amigdalarum virtutez expulsiuā ꝯfortāt.
¶ Napi bonum visum efficiunt: ⁊ sunt cibus cōueniens.
¶ Rafani ⁊ eorum stipites in stomacho durant quāplurimum. caput replent. guturi vero conferunt.
¶ Preparationes. Piper vrinam ꝑparat: zinziber vētrē humectat. Galanga stomachum cōfortat: aracos: frigiditati ⁊ retentioni vrine cōfert. Cinamomū virtutē habet bonū faciēdi odorem ⁊ bonū saporē: ⁊ cōfortat cor: ⁊ addit in sperma. Grana fabar coctaꝝ remouēt calorē gutturis: ⁊ remouēt damnū qđ tubera ⁊ panis azim⁹ faciūt ⁊ ꝯferūt tussi. Cicera bonā faciūt vrinā: ⁊ bonū colorē: sꝫ maxie si cū carnib⁹ comedūt ⁊ cū cinamomo ꝙplimuz.
¶ Ficus cū comedunt recentes putredinē remouēt: ⁊ dixit gratiz ꝙ ficus putredinē efficiunt: ⁊ nō debent comedi ꝑpter lactis sui venenositatem.
¶ Uue albe subtiles leues cū cortex eis r̄mouet extremitatibus conferunt ⁊ addunt in spermate.
¶ Pira appetitum nō veruz remouent: ⁊ intestinis nocēt ⁊ maxime longaono: ⁊ tenasmum efficiunt.
¶ Pruā colerā r̄mouēt ⁊ eā expellūt maxie pruā palida:
¶ Mala: vsus eoꝝ stōacho nocet: ⁊ maxie vsus recētiū q̄ cito nascūt: ⁊ ea q̄ i estate nascūt: ⁊ i autūno orificiū ꝯfortāt stōachi: ⁊ ipz vigorāt: ⁊ acetosa acria obliuiōez efficiūt.
¶ Coctanū stōacū ꝯfortat: ⁊ epar: ⁊ vsus eius putredinez in intestinis generat.
¶ Persica febrib⁹ vrētib⁹ ꝯferūt i ꝓn⁰: ⁊ succ⁹ eoruz i fine fac̄ febres putridas si māz habilē ad exeūdū n̄ iuenerit.
¶ Juiube ardorē sanguinis extinguūt: colerā expellunt humiditates tēperāt: ⁊ maxie recentes ⁊ mature: ⁊ dicit Cratim ꝙ est mirabilis eorum natura.
¶ Citrū fore nūero ipz iter herbas ⁊ flores bōi odoris. Et hꝫ v̄tutē foliū ei⁹ ⁊ cortex r̄mouēdi venenū ⁊ ꝯfortāt cor
¶ Cucumer frigid⁹ bon⁹ stomacho meliores sarraceni ꝙ gallici ꝑprietatē habent remouēdi colerā.
¶ Mala ḡnata dulcia: leuia bonos hūores ḡnant: expellūt hūores putridos ab orificio: mouent appetitū comedēdi. Et eoruz acetosa stomacho nociua sunt ex ꝑpetate.
¶ Nuces ⁊ auellane male stomaco ⁊ epati humores malos efficiunt in ieiuno.
¶ Fistici ꝑprietatē habēt cōfortādi epar humores crossos expellūt. Et ex philosophis sunt qui dicūt ꝙ qñ cum musto sumpti fuerint hūores a venis expellūt.
¶ Grana pinee cal'a ⁊ hūida sūt: opilatōes venaꝝ aperiūt i pectore: ⁊ vesica ⁊ renib⁹: ⁊ hēnt v̄tutē mirabilē. Jngt crasti. ⁊ ꝯcessit Ar. qđ ḡna pinee hūiditatē antiquā expellūt: ⁊ ꝑmouēt hūiditatē nālē ⁊ hec ē virt⁹ mirabilis.
¶ Uue passe habēt virtutē cognitā ſm doctores naturales: ꝙ prosunt egritudinibus intestinorum cuz comeste fuerint: ⁊ intestina impinguant: ⁊ epar debile.
¶ De sunt medicine salue ⁊ cognite: mirobalani citrini. chebuli: belerici: emblici: fudiberbeꝝ: reubarbaꝝ: dragāti: gūmi arabicū: aloes: acatia: cassia fistula: Tereniabin: cinamomū: amomū: sq̄nātū: calam⁹ aromatic⁹: cost⁹: darsesaban: tralacta: mastix: sādaraca: charabe: lignū aloes: musc⁹: cāphora: ambra: gariofili: sandali: spodiuz faufel: carui: nanoti: setbet: nux mus. bolus ar. neichaberi: lapides ferri ruzubet bezari. thenet: lapis lazuli: lapis iacit⁹.
¶ Sisimbrium: mēta: almarda: dux. fumus terre: fenigemisch: seleni: liliū albū: liliuz cel. nenufar celeste: ⁊ palliodiuz: aliothinuz: rose: viole: virgeris: ladion idest oculus bouis. virga pastoris: iusq̄iam⁹. Jste sunt tres res medicinaꝝ: i q̄bus nō euenit timor. Et si cuz cera vel sepo vel zuccharo misceant raro vel nūq̄ꝫ egro lesionē efficiūt magnā. Nunq̄ꝫ enim vidi vel audiui ꝙ aliq̄s q̄ his reb⁹ medicaret magnā lesionē inferret egris. ¶ Sꝫ res q̄ cognite nō sunt: q̄s q̄s vult experiri audaciter cum eis medicari nō debet. Et quādo aliq̄s i antidotarys cōfectiones inuenit: cū eis medicet cū reb⁹ iuentis ⁊ cognitis: ⁊ i cibarys sic faciat: ⁊ cū doctor hoc faciat fortunabit i suis operibus ⁊ habebit complementum rationis: ⁊ oīa que natura humana abhorret ⁊ timet omnino dimittat. Et deū exoro vt super his mihi tribuat adiutorium.

¶ Liber quintus de verbis ypocratis.



Ntroitus ad tractatuz quintum i salute q̄ nobis accidit: ꝑpter verbuz ypocratis. Jngt abubetri medicina tota est dei ⁊ res venerabilis. Et grates deo reddimus eo ꝙ nos fecit aptos in ea: vt veneratores ipsi⁹: ⁊ custoditores ipsi⁹: ⁊ fecit nos imūes a sciētys vilibus: ⁊ fecit rusticos remotos ab ea ꝑpter lōgitudinē tēporuz ⁊ dieruz. Et q̄r iquisitores scie ⁊ trāslatores pauci inueniūtur: ⁊ etiaz q̄r illa angusta: ⁊ etiaz illi qui sciam habēt apud se. nā āpli⁹ augmentāt eam respectu sui ꝙ respectu amicorū suoꝝ. Et deo grates reddim⁹: ⁊ laudes ei referim⁹ ⁊ exoram⁹ vt nobis scientiaz augmentet ⁊ ipse dominus diues magnus ꝑter quez nō est alius.
¶ Jnquit ypocras cū in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema magnū vel liuidū post aurem: in decio septimo die patiens moritur.
¶ Cui in iūcturis nascit̄ apostema: ⁊ habet tumorē ⁊ scabiē in pedib⁹ ab egritudine vsq̄ꝫ ad mēsem vnū euadet.
¶ Quādo in narib⁹ apostema natū fuerit ad lēticule siliitudinē ⁊ ē viride vel nigꝝ morit̄ hō vsq̄ꝫ ad annum.
¶ Qui dolorē i ypocōdrys hūerit: ⁊ maxie sinistro: ⁊ iflatio fuerit manifestaꝝ: ⁊ cito ꝯsumit: morit̄ vsq̄ꝫ ad. iy. diē.
¶ Cuius alicui ycteritia supuenerit: ⁊ vniuersaliter corp⁹ occupauit: purget̄ cū aq̄ achabile ⁊ fumiterre: ⁊ pōatur supin⁹: ⁊ bibat vinū temperatum.
¶ Cui apostema apparuerit nigrū vel liuidū in digito: pedis magni sinistri similiter scias cē apostema: ⁊ si anteriores fuerit infra tres dies aut septē moritur.
¶ Si in corpore hominis fuerit alchasar idest bertoga: ⁊ sunt apostemata parua minuta rubea q̄ de facili resoluūtur: dicatis ei ꝙ habebit egritudinē leonis. ⁊ cū apostēa nigrū apparuerit in lingua patiētis febrē cōtinuaz in die nō cretica: dicatis ꝙ moritur: ⁊ est signum pronosticum ꝙ memoriā amittit.
¶ Corporis dolor ⁊ cordis tremor cuz q̄s a somno surgit repletionē humoꝝ in corpore signat: ⁊ est signum pronosticum mortis subitanee.
¶ Cui itra oculuz apparuerit apā ad auellane magnitudinē: ⁊ dolorē nō sentit nec pōd⁹: vsq̄ꝫ ad trigita dies morit̄.
¶ Qui i sōno mlta logt̄ apostema hēbit. Cui dolor cū in pedib⁹ euenerit vsq̄ꝫ ad mēses. iiij. non moritur.
¶ Si in febribus non adurentibus quis sitim nō patiat̄: ⁊ pedes eius frigidi extiterint: ⁊ oris habuerit amaritudinem infra. xx. dies moritur.
¶ Cui i ꝓncipio nasi apostema nigꝝ apparuerit vł acciderit cū forti dolore velociter ante duos mēses morit̄.
¶ Qui velociter olfatū amisit absq̄ꝫ catarro hēbit febrē.
¶ Cui dolor in genubus acciderit: ⁊ lassitudo cuz surgere voluerit dolor fortis fuerit paralisi capiet̄.
¶ Dolor iūcturaꝝ sine cā paruā vitā ꝓnosticat.
¶ Cui i ancha apostema calidum nimio ardore euenerit vsq̄ꝫ ad septē menses morit̄.
¶ Cui i digito magno pedis dextri apostema apparuerit

ad nucis similitudinē fedū tā ī colore q̄z in visu: ꝛ cum ardore nimio fuerit vsq̄z ad annū moritur.
¶ Lingue grauitas si iuueni acciderit post ipsius humiditatem mortē pronosticat subitaneam.
¶ Cui apostema in mollitie auris euenerit cū forti doloꝛ vsq̄z ad tres mēses moritur.
¶ Cui febres q̄rtane acciderit ꝛ fluxū sanguinis ex naribus passus fuerit ī die nō cretica ante tres dies moriꝛ.
¶ Cui ī palma doloꝛ cū ardore vsq̄z ad octo mēses moriꝛ.
¶ Qui cū oculis aptis dormit epilepsiā habebit.
¶ Qui a sōno territ⁹ surrexerit: ꝛ hoc multū ei accidit: vel moriꝛ vel pecuniam amittit.
¶ Qui manus suas mouerit quasi aliq̄d acceptur⁹ ꝛ mortui ei apparuerint infra dies .xv. moriꝛ.
¶ Qui post septimanā p̄mā febrē habuerit feceritq̄z res q̄s nō ꝯsueuit: sicut si se detexerit vel vētositatē emiserit vel verba enormia dixerit sine dubio morieꝛ.
¶ Qui in aliqua egritudine memoriam amiserit habet signum mali pronosticum.
¶ Cui ī corpore serpigo liuida cū ardore nimio acciderit: ꝛ serpigo cuius coloris ad pruritum corruit vsq̄z ad sex menses moritur.
¶ Cui apostema nigrū liuidū vel rubeū euenerit morieꝛ: maxīe si egritudinē acutam passus est.
¶ Cui facies tōta fuerit: ꝛ febrē acutā hūerit cito morieꝛ.
¶ Cui articuli cito mortui fuerit: cito rationē amittit.
¶ Qui appetitū habuit sup̄fluū: ꝛ ī horis q̄bus comedere consueuit humores venenosos habuit in stomacho: ꝛ si augmentati fuerint moritur.
¶ Qui auditum amiserit superflue: surdus ē effectus.
¶ Qui studere ꝯtra volūtatē sui voluerit: ꝛ ī studio nō delectaꝛ: vel sōnū vel rationē amittet: vl' melācoliā hēbit.
¶ Qui cibaria appetierit: q̄ in stomacho corrūpūtur p̄ncipalia membra habebit debilia.
¶ Sitiꝫ sup̄flue q̄ sustinet homo ē nature sustinibilis.
¶ Famē sustinere nō ē signū bonū fortitudinis nature.
¶ Qui naturam habet debilem in acquirendis reb⁹ altis ꝛ magnis moritur.
¶ Corporis ponderositas ꝑpter cibaria cibos sup̄fluos ꝛ potum superfluum sumit.
¶ Crudelitas male intelligētes generat habiles.
¶ Temperantia saluos ꝛ saluandos generat.
¶ Liber sextus de scientijs ꝛ intellectibus sine q̄bus rectus medicus esse nō potest.

Inquit abuberth. res ī medicīa exptas nō potest q̄libet homo intelligere. ¶ Operari cū fiducia que ī libris reperiunꝛ absq̄z sapientia doctoris res est casualis. ¶ Complexio boni igenij hominis: ex opere medicine: ꝛ philosophie ꝛ cogitatiue preualet.
¶ Quāplures doctorum libros legere: ꝛ secreta eorum īspicere nimium confert: quilibet enī philosophus aliq̄d habet sibi conueniens.
¶ Farchi tēpus paruū est in cognitiōe herbe cuiuslibet ꝛ ex terre nascētibus: sed cognitis est vtēdū: ex q̄bus copia haberi potest: ꝛ quas non es expertus dimittas.
¶ Nō sunt culpādi doctores antiq̄: eo q̄ de rebus altioribus sunt locuti: ꝛ eoꝝ facta dubitāda nō sunt: ꝛ in his dubitādum non est: quāuis causaꝫ factoruꝫ nō ostēdissent. Res. n. ratiōabiles sūt: de q̄b⁹ locuti sūt philosophi. hoīnā nō euadit errorē maxīe in reb⁹ difficilibus.
¶ Qui ex sciētia nāli ꝛ philosophia adiut⁹ non fuerit: nec ex canonib⁹ logice: neq̄z ex orizōtib⁹ sapiē: ꝛ in rebus secularibus delectaꝛ: dubitabilis dꝫ esse ꝛ maxīe medicine.
¶ Cum galienus ꝛ aristoteles fortasse in re aliqua nō cōcordant: graue est eorum rationem concordare.
¶ Bestie frigide ꝛ hūide: cib⁹ eaꝝ calide ꝛ hūide res.
¶ Temperātia rationum earū est cognitio.
¶ Uirt⁹ spiritualis: ꝛ virt⁹ naturalis: ꝛ virt⁹ aīalis nō solū in libro nostro sunt diuerse: verum etiam in intellectu.
¶ Queadmodū in morib⁹ ꝛ facieb⁹ ꝛ mēbris hoīes patribus ꝛ auis similes existūt: ita etiā in antiq̄s egritudinib⁹ hereditāꝛ: ꝛ maxīe ī egritudinibus mēbroꝝ p̄ncipaliū.
¶ Cum infirmū curaueris cum rebus ad tēperantiā ptinētibus: cura ꝛ cum odoriferis: cum potueris cum his egritudinem vince: ꝛ hoc est rationale.
¶ Ligamentum spiritus cū corpore cum est debile caueas ne cum fortibus medicinis destruas.
¶ Spirit⁹ vitalis fit destructio: cū ꝑpter egritudineꝫ mēbroruꝫ non p̄ncipaliū medicina quis vtiꝛ violenta principalia mēbra resoluēs: ꝛ cōplexiōeꝫ eorum destruēs.
¶ Cibaria confortātia odoris boni tēperantie affinia virtutē nālē cōseruant ꝛ mēbra principalia confortant.
¶ Cum egrū curas: virtutem naturalē vigora: si enī vigoraueris eam: egritudines quāplures remoues. Si vero eam dimiseris medicinis quibus vteris eam destruis.
¶ Epar ꝛ stomacus medicinas citius rapiūt naturaliter ꝛ cibaria: ꝛ si res incōuenientes recipiunt patiuntur.
¶ Dolores acuti calidi velocius frigidis corrūpunt propter caloris acumen.
¶ Quando corpus egritudine inuasum fuerit: non cureꝛ cum rebus principalia membra ledentibus: ꝛ si feceris nocebis: cum conferre te credas.
¶ Spiritus naturā corporis sequitur: maxime si dolor in membro extiterit p̄ncipali: ꝛ cuꝫ dolor hoc modo fuerit confortetur spiritus cū odoribus: ꝛ in similibus placentibus: ꝛ hec cura corpori existit conueniens.
¶ Medicinas accipere que caput purgāt post cenam cū dormiendi ē tempus magis ē conueniens: ab extremitatibus enim melius educuntur humores: hac enim hora interiora ꝛ mēbra vigent fortitudine.
¶ Cum egritudo a cōplexione corporis diuersa fuerit: curari nō debet cū rebus cōplexioni contrarijs: maxime si egritudo fuerit in membro principali.
¶ Egritudo cōplexioni mēbri similis: cū medicina cōplexioni affini curari nō debet: sed potius dimittas q̄z cures egritudinē cū mala cōplexiōe affini vt dictū est: meli⁹ est enim cū medicina mēbro cōtraria eā curare.
¶ Ethicos cū reb⁹ vigorātib⁹ cōplexionē cura: ꝛ a tēperātia non remotis.
¶ Cū pauciorib⁹ medicinis hūorem a corpore remouere que cognite sunt: sani⁹ ē: q̄z si cum plurib⁹ eum expellas.
¶ Singulares medicine nō sūt dubitabiles: ꝛ cōuenire ī virtutib⁹ dubitaꝛ. Antiqui enī philosophi in compositis medicis dubitabāt vt singulariū virtutes cognoscerēt.
¶ Cum his medicinis debemus operari: quorum virtutes scimus: ꝛ quarum operationes erga naturam nouimus manifeste.
¶ Utile est medico nouisse q̄ hūores hyeme ꝛ vere plures sunt: ꝛ estate ꝛ autumno pauciores: facili⁹ ergo estate ꝛ autūno curanꝛ egritudines.
¶ Egritudinem in membro radicali existere signum est dissolutionis corporis.
¶ Cum humoris innaturalis effectū reprimis ꝛ naturam q̄etari dimittis conueniēti⁹ operaris: q̄z si cum vomitu ꝛ fluxu euꝫ curaueris. Omnis enim fluxus vel vomit⁹ debilitatē nature operaꝛ. Et hoc consilium tibi affectuose presto: cū humorem membꝝ p̄ncipale noueris ñ petere: Or si fortasse membruꝫ principale petierit omnino apostemata debilium ex egritudine non reputianꝛ. mēbra enim p̄ncipalia eoꝝ sūt debilia: ꝛ hec eoꝝ mēbra debēt

potiꝰ cōfortari ꝙ̄ putredinē apātis recipe: ꝛ quanto āpliꝰ apostema creuerit tanto eoꝝ mēbra īteriora iuuanꝫ.

¶ Homines in sexto vel in q̄nto climate degentes debēt flobotomari potiꝰ ꝙ̄ qui in p̄io vel ī septimo existunt: ꝛ minꝰ oīum qui sūt in scd̄o tertio ꝛ quarto climate.

¶ Cū apostema ī mēbro fuerit p̄ncipali ꝛ dolorē egrotās nō senserit: nec defectū ꝓtendit: ꝛ maxie si ex sanguie vel colera fuerit gn̄atū: ꝛ raro huiusmodi egritudies ꝯtigūt.

¶ Frigida ꝛ hūida corpora nāliter paꝝ ex cibis pro nutrimēto recipiūt: ꝛ qd̄ expellunt est nimis. sed eoꝝ fluentia sunt hūilia: ꝛ egritudies ꝗs habēt difficiles ad curāduꝫ.

¶ Corpora calida ꝛ sicca ex cibarijs multum recipiunt ꝓ nutrimēto: ꝛ multum appetūt: quorum ventres sūt sicci ꝛ eorum cure habiliores sunt.

¶ Ethici ex egritudinibꝰ cū cibaria necessaria desiderāt medicus ea sic ꝓparet: vt eorum malitia auferatur ꝛ appetenti ea ministret.

¶ Doctores medicie egros d̄bēt ꝯsolari ēt si signa mortꝭ ꝓcēdant. Corpora. n. hominū spiritꝰ eoꝝ sequuntur.

¶ Spiritꝰ doctoris humilis adiutorium prestat egris et eius contrarius non prestat.

¶ Logici. ꝛ qui ex igenio ꝓprio volūt iudicare: ꝛ iuuenes q res nō sūt experti interfectores existunt.

¶ Decet magr̄m egrū īterrogare: vt cāꝫ egritudīs īteriorē cognoscat: ꝛ postmodū rōnale iudiciuꝫ ꝓstare poterit.

¶ Decet magistrū vt ab alijs vrinarū indicia ingrat: ꝛ eorū verba audiat: nec verecūdeꝫ egrotuꝫ interrogare: vt sciat an egritudo iter venas: vel extra existat vꝪ ꝯsistat.

¶ Dubitabilis est doctor qui iudicat facile.

¶ Decet magistrū egri ꝯsuetudinē cognoscere ī sanitate: vt cū res ipsi placētes in sanitate cognouerit: ei ꝓmittat cum ab egritudine ereptus fuerit.

¶ Decet paraliticos vt corporibus suis naturalem caliditatem approximent cū calefactura que nō est ignis caliditate: sed sit incorruptorū virginum.

¶ Homines a consuetudinibus remouere: si vsus fuerit antiquus dubitabile est.

¶ Queādmodū res crude absq̄ ignis caliditate ꝛ humiditate nō possunt excoqui: sic nec digestio celebraꝫ absq̄ humiditate ꝛ innato calore.

¶ Nobis est cōueniēs: vt humores ī egritudinis p̄ncipio relinquamus. Sed si valde distēperati naturā violauerint eos omnino remoueamus.

¶ Decet magistꝝ cū hūores cōtētos iter venas purgare voluerit vt medicamē cibo sīle faciat: vt ad venas accedat: ꝛ a nā ñ existat diuersa: qd̄ si fecerit: hūores ad purgādū aptos faciet: ꝛ si vi fortasse ifer̄r voluerit nāꝫ variat.

¶ Cū hūorē purgare volueris māꝫ ꝓpares cū medicinis ꝛ cibarijs placētibꝰ ꝗ cibaria nām medicine habeant.

¶ Nō est opꝰ balnei calidū infrigidare aut frigidū calefacere: sed soluere ꝛ humectare ꝛ abstergere ꝛ sudare.

¶ Potiꝰ ope tiriace idigemꝰ cū sudorē ꝓuocare volumꝰ: ꝛ expellere ꝛ soluere tā ī iuuenibꝰ ꝙ̄ ī antiquis ꝛ debilibꝰ ab egritudine ꝛ maxie ī iuuenibꝰ fortis nature.

¶ Facilius egritudines exteriores vere ꝛ estate curātur: ꝛ econtra interiores.

¶ Nō sunt pauciores egritudines ꝗ̄ cū defectu accidunt: ꝙ̄ que cum suꝑfluitate ꝓcedūt: ꝛ ī hoc magistroꝝ error existit quia statim ad purgandum sunt prompti.

¶ Cui medicinā mīstraueꝶ: ꝛ hūorē purgaueꝶ: cessa purgatōe ñ vtarꝭ: corpꝰ. n. nocebis ꝛ egritudies gn̄abis.

¶ Ossa ꝛ mēbra hominū fride cōplexiōis ꝛ hūide sūt debilia ꝛ egritudinibꝰ ꝓparāꝫ: ꝫ faciliꝰ curā recipiunt.

¶ Apostema puerorū expellas exteriꝰ. Caueas. n. ne māteriꝰ dissoluaꝫ: et maxie si mām a matre reduxit.

¶ Contra vsum egri in oī medicina procedere nō ē cōueniens: sic vt in die quodā aeri frigido exponaꝫ ꝛ ī die alio reliquas vento calido.

¶ Egritudines calide in antiquis timorosiores sunt ꝙ̄ in iuuenibus: ꝛ in eis facilius terminanꝫ vel ad bonū vꝪ ad malum. Nutrimēta eniꝫ que ex cibarijs suscipiūt frigiditati attinent: ꝛ de his non est timor nisi propter innate caliditatis debilitatem.

¶ Egritudines frigide in antiq̄s cure difficiliozis existūt in iuuenibus ecōuerso faciliozis.

¶ Balnea ꝛ medicie ꝓsunt egritudinibꝰ sibi ꝯtrarijs.

¶ Homines qui cibarijs vsi sunt ꝛ debiles sūt post labores stati cibū sumāt: ꝛ virtuosi ante cibū laborent.

¶ Qui cibarijs abstinet si laboret egrotat ꝛ hec egritudo est difficilis.

¶ Paralitici ꝛ spasmati in p̄io secūdo tertio quarto ꝛ septimo climate nō fiūt nisi ex defectu caliditatis innate ꝛ ꝓpter remotionē tēperātie. Uel fiūt huiusmodi ꝑ suꝑfluitatē frigoris: ꝛ iō statiꝫ purgari non debēt.

¶ Cum a capite ꝛ cerebro ꝛ extremitatibus purgare volueris pillulas in quantitate magnas informa: ꝛ post cenam ante somnum ministra.

¶ Cum humores in stomacho fuerit superflui medicias redactas in puluerē ministra q bene sit cribellatus.

¶ Cū mēbra p̄ncipalia debilia vel egra fuerit: ꝛ tu vis medicinā tribuere laxatiuā ante egritudinē cognoscas.

¶ Cum humores ab intestinis remouere volueris in ieiunio medicinā ministra: ꝛ pillulas informa minutas ꝛ humidas: ꝛ p̄cipe egro vt moueatur.

¶ Ait. cum pillulas formatas īueneris nemini ministres nisi prius in aqua calida humectaueris.

¶ Ait. omnis medicina laxatiua omnino purgat coleram cū qua caliditas innata ꝛ humiditas expellūꝫ.

¶ Ait. q mēbra p̄ncipalia hn̄t debilia a medicinis abstineant: ꝛ ꝓpareꝫ vt nō sint violēte: ꝫ tēperamēto affines.

¶ Ait. ab egritudine cōualescēs abstineat labore ꝫ cōparatione sue egritudinis ꝛ cibarijs illis vtaꝫ q̄bus vti consueuit anteꝙ̄ infirmaretur.

¶ Decēs est magistrū vt a cura ꝓpria non recedat ꝓpter egritudinis diuturnitateꝫ: nec a cura diei propter maluꝫ irrationale quod acciderit.

¶ Egro erit conueniens: vt vnū tantuꝫ medicum eligat: error enim vnius magnam infamiaꝫ nō inducit. Et vniꝰ vtilitas quā in egro efficit collaudatur.

¶ Qui ꝙ̄plures medicorum interrogauerit in errorem incidit plurimum.

¶ Ait. apostemata antiquoꝝ nō repcutianꝫ. p̄ncipalia. n. eoꝝ mēbra sunt debilia ad recipiēdū: ꝛ corrūpit corpꝰ si ꝓpterea male materie diminuatur natura.

¶ Ait. quamuis superfluos humores pueri ꝛ senes habeant: non propter hoc purgari debent violenta medicina: debiles. n. naturas habent.

¶ Ait. ad eam tēperātiam egrum reducas si potes: quam ante egritudinē habere consueuerat.

¶ Ait. nisi sanitateꝫ alicuiꝰ agnoueris recessuꝫ a sua tēperātia nō cognosces: nec egrū perfecte curabis.

¶ Ait. multotiēs cōplexiōes ad tēperamētū credes reduci ꝗ ad egritudines potiꝰ reducunꝫ.

¶ Ait. habitudinē bonā cū forti virtute si suꝑflue soluere volueris errabis: ꝫ cū laxatiuis tēperate ꝓcedes.

¶ Ait. si recte operari volueris vnicuiq̄ egritudini curaꝫ ꝓpriā exhibeas ꝫm ingeniū tuū ꝛ intellectum.

¶ Ait. qd̄ sub spera lune ꝯtineꝫ ꝫ vniuscuiusq̄ gradus lune diuersitatē minuiꝫ vel augetur vel aliqua mutatione mutaꝫ nūquā in codeꝫ statu poterit ꝑmanere.

¶ Ait. nihil enim extra naturā existit facile. Si eniꝫ paruā egritudinē ñ ꝯsideraueꝶ fortassis cura erit difficillia

et si violentā egritudinem recte perpēderis: forte magis cure approximabit q̄ faciat parua.

¶ Ait in egritudinib⁹ n̄ facile pferas iudiciū. Nō vrinā habeas nisi postq̄ egrum videris in presenti: et cū inter rogaueris et examinaueris.

¶ Ait in omni egritudine egrum interroga.

¶ Ait ois febris nām excedit: sed in qbusdā fortiores sūt et hoc ſm humorū diuersitates: et ideo febris colerica a frigiditate superflua non debet extingui: neq̄ febris q̄r tana cum frigiditate humectante curetur.

¶ Ait cui apostema ad similitudinē rose que malo grana to ē similis natū fuerit: et corpus ab hoc infirmū fuerit si exterius ad albedinem decliue fuerit nūquā membrū ad temperantiam reducetur.

¶ Ait dolores antiquos et debilitates membrorū filii a pa rentib⁹ cōtrahere consueuerunt: sed fortasse in filiis vel diminuuntur vel augmentantur.

¶ Ait qui egritudinem habet diuturnā et vrina eius fue rit similis vrine sanorum sanari nō poterit.

¶ Ait medici cōplexio tēperata dz esse vt nec rebus secu laribus intendat omnino nec expers eorū existat.

¶ Ait cū tēpus corruptū fuerit ppter veris hūiditatē su perfluam in estate procedūt egritudines. s. ſm serpiginē et vertiginē scabiē et apostemata: sed has euadit egritudi nes qui fluxū ventris habuerit.

¶ Qui patres et auos in sua gn̄atione Iuuenes habuerūt mēbra p̄ncipalia fortia sunt et eorū virtutes maiores sūt. Et his 9trariis 9traria accidūt. Si tn̄ patres et aui senes fue rint humiliores habent memoriam et rationes.

¶ Ait hominib⁹ calide et humide cōplexionis cito tristitie eueniūt: et sic in eis citius egritudines gn̄antur.

¶ Ait q odorabilia et res saporiferas abhorruerint habēt humorum copiam putridorum.

¶ In oi ciuitate in q̄ nubes eē 9sueuerūt capita i eis 9gē tiū a vaporib⁹ replēt: ex qb⁹ vaporib⁹ catarr⁹ 9sueuit gn̄a ri: et in hoc tp̄e extremitates corrumpunt̄.

¶ Ait cū in ciuitate in estate fuerit nebula in eo anno fe bres putride generantur.

¶ Ait ieiuniū in estate corpus affligit et colorē palidum efficit et melancoliam generat et visus debilitatem.

¶ Ait sāguis q cito ad aerē coagulat̄ terciis hūorib⁹ ē 9ri⁹.

¶ Ait in omni ciuitate a mari elongata homines degen tes habent corpora sicciora.

¶ Ait in oi terrarū genere corpora q̄ttuor nō sunt eadem cū sol existit in aliq̄ q̄rta circuli signorū. Cū enim frigus euenerit in qbusdā terris. In aliis estas eueniet. Et cū in qbusdā ver euenerit accidit in alia autūn⁹: et quēadmo dū mutātur tēpora: ita et mores et volūtates diuerse sūt: sicut cū hi q egipto sunt habēt ver: illi q in india versant̄ habent estatē. Et illi q morāt̄ sub equatore diei duas ha bēt hyemes et duo vera et duas caliditates: et duos autū nos in omni anno: et ideo arbores eorū plures: et eorū fru ctus meliores et acutiores similiter.

¶ Ait mulieres que multū dormire consueuerunt supra dextrum latus vix pariunt feminam.

¶ Si aliqs cū mulier̄ coeat retro filii q nascent̄ si mascu li sint fiēt sodomite. Si vo femie erūt valde icōtinētes.

¶ Ait dubitabilis esse debet q a societate feminarū oīno nō est remot⁹ et in iuuenū societate gaudet.

¶ Ait nō accidūt egritudines min⁹ ex humorū paucitate q̄ ex ipsorum abundantia et in hoc est error doctorū qui statim farmaciis vti volunt.

¶ Omnia venenosa et maxime ea que vaporoso sunt ca piti cerebroque sunt nociua.

¶ Ait quēadmodū plante in lōgitudine latitudine et al titudie diuersificant̄: ita volūtates et cōplexiōes variāt̄.

¶ Ait diuersitas latitudinis terrarū cōplexiones et mores et cibaria diuersificāt vsq̄quaq̄ plura fiūt a scdo in q̄rtū et a q̄rto in secūdū gradū. Et he diuersitates siles sunt di uersitatib⁹ q̄ i his acciderūt ex eo qd̄ q̄dā sūt hortulāe: et quedam montane: et quedam nascuntur in campis.

¶ Ait. decet modicum vnguenta diuersificare ſm diuer sitatem naturarum membrorum.

¶ Ait. melancolia in iuuenib⁹ cū medicina forti purgari nō dz: pauca eni ē i eorū corporib⁹ et nō bene adheret cor pori. Et ob hoc si medicia violēta fuerit de p̄ncipali natu ra membrorum totum remouet.

¶ Ait. bonū ē doctori q̄ cū dietis egritudinē remoueat vel curet: si potest et non cum medicinis.

¶ Ait si cū lōgo tp̄e qs medicina vel vomitu vsus nō fue rit et vomit⁹ vl' flux⁹ vētris ei acciderit n̄ ē priuandus.

¶ Ait parum diuersificant̄ ventositates in corporib⁹ que absq̄ vapore sunt.

¶ Ait vrine que sanitatem ostendūt in hominibus nō cō mutantur in substantiis et coloribus.

¶ Ait cōplexionū calidas in sanitate in hominibus nō est eadem in eorum multitudine in corporibus.

¶ Ait q i salute vrinā egri n̄ respicit i egritudie eā pfecte cognoscere n̄ pt: neq̄ ipsi⁹ cura vitati p̄sus erat affinis.

¶ Ait debiles ex egritudine: et ex iuuenib⁹ et antiquis cū habuerint apostemata nō repercutiāt̄ cū medicinis vio lentis et fortibus: sed cū medicinis tēperatis.

¶ Ait cū ratiōe hominis fuerit perturbatio cū frigore et siccitate vtaris cal'is reb⁹ et hūidis odoriferis q̄ cerebrū per eius attractionē alterant interi⁹: exteri⁹ liget̄ patiēs ne iuncturas exterius exponat aeri.

¶ Antiqui q ex 9suetudine q̄ter in āno minui 9sueuerūt cū ad quadraginta annos ter in anno minuant̄: et cū ad sexaginta bis: et cū ad septuaginta semel: et post hec a mi nutione caueat.

¶ Ait senes p⁹ ānos sexagīta a miutiōe capitalis vene ca ueant: neq̄ qui septuagintaquinq̄ annos habent minu antur a vena basilica.

¶ Ait q i iuuētute multotiēs minui 9sueuerūt cū ad sexa ginta ānos p̄ueniūt infrigidāt̄: et paralisi capiūt̄ et maxie qui frigidi et humidi sunt natura.

¶ Ait p̄ncipaliū mēbrorū vtutē maxie custodias: hūidita tes eni recipiūt et n̄ expellūt̄ d facili: et itez vt⁹ minuit̄.

¶ Ait vsus magistrorum in causis egritudinum: et in eorū experimentis laudandus est.

¶ Libri aphorismorum rasis finis.

¶ Antidotarium rasis in q̄ cōtinent̄ cōpositiōes pluriū medicinarū ad diuersas dispositiones et multorū oleorū.

¶ De aptatiōe mediciarū ad diuersas dispōnes vt possint sumi sine horribilitate. CAP. I.



De aptitudine medicinarū: vt sine horribilita te possint sumi ſz rasiz pillule mirobala norū q̄ sūt cōposite non volētib⁹ sumere decoctionē. ℞. c. mirobol'. citrinos et con q̄ssatos submerge i aq̄: ita vt coopiat̄ aq̄ et expōe soli septez diebus: deinde cola et aquā reserua: et sup eosdē aliā aquā mitte: et pmitte tādiu dōec fiat absq̄ sapore: deide repōe vtrāq̄ aquā i uase vi treo et obtura os cū pāno lineo: et pmitte dōec ispissēt aq̄ in modū mellis. Postea serua tādiu dōec pille formari possint: et accipe ex eis. v. pillas: vel. iiij. et rsolue cū zucha ro. ¶ Si volueris remouere aspitatē cōfice cū viscosita te psilij: purgāt eni sine labore: et sin̄ horribilitate sumūt̄.

¶ Medicamen ad epilepsiā detur pueris et delicatis. ℞. succi squille peniō, coque et mitte pipis nigri. ʒ. i. zinzibe

ris quantū est medietas penid. ꝛ da. ʒ. ij.

¶ Medicamē aliud. ℞. sticados ptē vnā siseleos. ij. ptes spatane ptez mediā: ziziberis: pipis. añ. vi. partē: sglle as sate ptē mediā. cōgregētur ꝛ pulueriześ: ꝛ pōe amigdala ruz dulciū ad pōdus oiuz: cōfice cū melle vel penidys: ꝛ cū zucharo pueris cū alphita: aut ī forma stomaticō.

¶ Medicamē ad tussiz siccā ꝛ vigilias: ꝛ fluxū hūoꝝ ad pulmonē: accipe semē papaueris albi: ꝛ mole ꝛ misce cū rob. vini: ꝛ coq ꝛ mitte oleū amigdalaꝝ dulciū ꝛ buliant donec ispissent: ꝛ da quottidie coclear quasi vnum.

¶ Ad leucoflegmātiā oximel purgās aquā. ℞. aceti fort lib. ʒ. aq. lib. ʒ. esule. ʒ. i. infūde in aceto ꝛ aq p septimanaz .i. postea buliant vsq ad cōsūptionē medie ptis: ꝛ adiūge lib. iij. zuchari: ꝛ coq donec fiat syrup⁹. iste. n. syrupus pur gat sine nocumēto: ꝛ ē sine horribili sapore: ꝛ si habuerit epar calefactū vice aq pone aquā ro. ꝛ si stomach⁹ fuerit debilis mitte succū citonioꝝ acriū. Sed debes ꝯsideraṝ quātitatē flux⁹ a pria die: ꝛ ꝑm hoc minues vel addes: ꝛ si aliqñ dederis: ꝛ nō laxauerit dabis ꝑmo pill'. qs dicaz po stea: ꝛ post q̄ttuor vel. v. sellas dabis istuz syrupum. Et si eger debilis fuerit ꝛ syrup⁹ duxerit ter vel q̄ter: noli ad deṝ in quātitate plus: qm̄ quottidie purgabit paꝝ: ꝛ paꝝ dabis quottidie de syrupo facto: ꝛ sunt q ꝓuocāt vrinaz.

¶ Pillule laxātes aquā citrinā fortiter sine horribilitate saporis infūde esulā ī forti aceto ꝑ vnā septimanā: postea sicca: pulueriza ꝛ accipe ex eo. vnā ptē: ꝛ squame eris vsti mediā ptē: ꝛ euforby. vij. i. ptis: zuchari ad pōdus oium dissolue zuchaꝝ: ꝛ cōfice cū eo alias medicinas: ꝛ iforma pillulas. ¶ Si aūt volueris qd̄ sit in forma ely bene po teris. Sz debes ꝯsiderare q ī q̄libet doꝭ sit ꝺ esula. ʒ. ʒ. ꝛ squame eris q̄rta pars. ʒ. i. euforby. vi. pars. ʒ. i. ¶ Et si volueris poteris dare sicut stomatichū vel alphula.

¶ Oximel ꝓuocās vrinā ꝛ valēs ydropisi. ℞. semē cucu. ꝛ cucur. se. ēdiuie. añ. ʒ. ij. se. apy. ʒ. ʒ. īfūde ī aceto ꝛ aq. vij. dieb⁹: postea cola ꝛ mitte tātūdez zuchari ꝛ cuilibet lib. appone. ʒ. i. aque cucu. al. ꝛ coque: ꝛ fac syrupum.

¶ Medicamē dissoluēs vētositatē ī colica passione: ꝛ est absq horribili sapore. ℞. zizib. piperis. añ. ptez. i. cipi: ma stic. añ. due ptes. zuchari ad pōdus oiuz. confice ꝛ deṝ. ʒ. ij. cū cala: ꝛ ī ista pas. valent calcanei bestiaꝝ combusti. ¶ Sz multo magis sterc⁹ lupinuz albū cū zucharo quia he medicine absq horribili sapore sunt.

¶ Medicamē ꝓuocās vomitū. ℞. se. atriplicis ptē. i. sal. ptes. vi. mell'. aut māne que magis vomica ē: ꝛ deṝ ex eo q̄si tres doses de semine atriplicis sicut. ʒ. ij. ꝛ vni⁹ q̄rta.

¶ Oximel ꝓuocās vomitū. ℞. rad. cardi q̄ solet comedi ʒ. ij. pulpe melonis. ʒ. ij. infūde in lib. i. aceti ꝛ ī vna aque ꝛ malaxa cū manu ꝛ buliat cū tantundē penid. aut du bus lib. mellis: ꝛ fac oximel ꝛ propina.

¶ Medicamē dulce ad ydropicos. Accipe esulā ꝛ pista cū dragagāto ꝛ amido sz esule sit. i. pars amidi. ij. ptes dra gāti pars. ʒ. ꝛ de zucharo quātū sufficit da. ʒ. ʒ. purgat enī aquā fortiter: ꝛ si sēserit arsurā in gutture bibat paꝝ olei amigdalaꝝ dulciū: ꝛ si supueniat nausea bibat paꝝ ꝺ suc co citonioꝝ dōec icipiat flux⁹: ꝛ tūc abstinēduz ē a succo.

¶ Ad mictuz sanguinis cū vrina: ex plaga ī vesica: vel vir ga sicut cū ī ꝑncipio mict⁹ cuz vrina exit sanguis. Accipe Rob de vino: ꝛ buliat dōec coaguleṫ: postea sume ex eo lib. i. ꝛ misce cū fa. siliginis: ꝛ da quottidie in mane. ʒ. v. ē eniz sepe expertum.

¶ Ad restrigendū vomitū ꝓbatū. Accipe mora celsi nō dū perfecte matura: ꝛ desicca ad vmbrā: pulueriza: ꝛ da ʒ. ij. post illi⁹ puluerizationē: ꝛ aufert vomitū eadē hora.

¶ Penid. gb⁹ assuci medic⁹ vtebaṫ ad tussiz ꝛ fluxū insil'. ℞. syrupi rosati in quo ꝑlime rose sint lib. i. coque super ignē donec coaguleṫ: postea misce gumi arabici vsti. ʒ. i. amili vsti q̄rtā partē. ʒ. postea extende ꝛ fac penid.

¶ Ad cōstipationē pomū qd̄ debet in manu sua patiēs re tinere: vt odoret: ꝛ assellabit. ℞. scamonee. aloes: mirre: nigre. ʒ. i. esule colongtide. añ. ʒ. i. ꝛ. ʒ. pulueriześ: ꝛ cribel leṅ ꝑ pannū spissuz ꝛ cōficiant cū succo coriandri viri dis: ꝛ ex eo iforma duo poma q̄ patiens teneat in vtraq manu sepe adinuicē mutādo: vt ꝑ motum calefiāt: ꝛ aer forti⁹ imuteṫ: ꝛ sic fortiter laxabit. ¶ Sz caue q ꝑcedāt aliq̄ mollificantia: vel aliquod digestiuū.

¶ Ad cōfortādū cerebrū ꝛ reuma itercipiēdum. ℞. spice nardi gario. laureole: cariei lignoꝝ: storacis sicce. añ. ʒ. i. rute cataputie. añ. ʒ. ij. piretri. ʒ. iij. capita allioꝝ. ʒ. ij. gipsi. ʒ. i. euforby q̄rtaz ptē. ʒ. masticis. ʒ. ij. olei antiq lib. ʒ. olei ciceris nigri quātū eliciṫ a q̄ttuor almudis vel asmidis: qd̄ oleū sic fit: cōquasseṅ ciceres: ꝛ ponanṫ in ola noua: obtureṫ os eius postea cū pāno forti: postea accipe aliaz ollā vacuā cuius orificiū sit ꝑpli⁹: ꝛ fode foueā ꝛ itromit te olā vacuā ꝛ alterā suppone ꝛ pōe orificiū alteri⁹ in ori ficium vacue: ꝛ line luto de stercore ꝛ fac ī circuitu leuez focum. qd̄ emanat: est oleum citrinum vel quousq ma net oleum a ciceribus.

¶ De medicinis q̄ ornāt faciē. CAP. II.

Medicamē ad maculas remouēdas ni gras: ꝛ ad cutē subtiliandaz ꝛ albificādaz. ℞. farine lupinoꝝ q̄ttuor ptes farie fabaꝝ. ij. ptes: farie ordei. i. ptē: seminis rafani ptez mediā: farine lētiū: amidi. añ. ptē vnā: orobi qd̄ diciṫ carthena ptez vnā: ꝛ dragagātuz ptē mediā: seminis cucumeris. iij. ptes: pulueriześ ꝛ ꝯficiā tur cū lacte mulierꝭ: ꝛ supponaṫ in facie ꝑ noctē: ꝛ ablua tur cum decoctione violaꝝ ꝛ seminis cucumeris.

¶ Trocisci ad faciē mūdificandā ꝛ cutē. ℞. farine fabaꝝ sil'e tritici. añ. ʒ. quattuor. croci. ʒ. i. baurach. ʒ. iij. cōficiā tur cum decoctione fenugreci: furfuris ordei: ꝛ fiant tro cisci q desicceṅ ad vmbrā: et cū volueris dissoluere: dis solue cum aqua dulci ꝛ vnge faciem.

¶ Aliō forte expimentū. ℞. lupini fabe: semē cucumeris lentiū: ana. amigdalaꝝ amararū farie orobi ptē mediaz rad. cāne sicce: amidi. añ. ptes tres ꝛ vni⁹ q̄rtā: rizi loti ptē mediā rad. lily celestis ptez vnā: cōfice cū aq furfuris: et pone super faciem per noctem: ꝛ mane ablue.

¶ Aliud faciēs faciē rutilare exꝑtū. Accipe lutuz ex quo aurifabri abluūt aurū ꝛ argentū. ʒ. vij. floris sgnantis. ʒ. vij. rad. lily cel'. gumi arabici: añ. ʒ. xij. cōfice cū aq furfu ris ordei: ꝛ informa trociscos: ꝛ sume vnū ꝛ distēpera cū aq ꝛ vnge faciē nocte ꝛ mane ablue cuz aq frigida.

¶ Aliud: accipe aquam furfuris cocti spisam sicut syrup⁹ ꝛ pulpam melonis. Et mitte in eandem aquā. Jta q co operiaṫ: et manu malaxa ꝛ expone soli et appone postea de baurach quantum ē quarta pars citruli: ꝛ dimitte sic donec exiccetur: et ex eo faciem vnge: et mane cum frigida ablue.

¶ Aliud faciens faciem rubicundam sicut rosa. Recipe farine lupinorum orobi ciceris albi septem partes simu la triticea partem vnam. pulueriza ꝛ confice cū albumi ne oui et forma troc. pone ad vmbram ꝛ parum ex eo di stempera cum aqua rosarum ꝛ faciem vnge: et permit te duabus horis.

¶ Medicamē ad maculas nigras mūdificat cutē ꝛ colo rat faciez. ℞. scorie argenti aur. i. croci. ʒ. i. auri pigmenti rubei auṝ. ʒ. confice cū aqua rosaꝝ ꝛ inūge: ꝛ cū desiccatū fuerit ꝑ se cadet: ꝛ tūc accipe duas testas nouas ꝛ accipe aquā melonis: ꝛ frica cū aqua illa testas adinuicē: ꝛ si nō habes melones. Accipe lac cū pulueṝ ossiū veteꝝ que in ueniūtur in parietibus donec inspissentur: ꝛ vnge.

¶ Aliud valens ad omnes maculas in facie: ꝛ ad vestigia

variolaꝝ. ℞. paleaꝝ veteꝝ inuētaꝝ in parietib⁹: ⁊ ossiū i nentoꝝ in parietib⁹. raꝺ. cāne sicce: ⁊ testas luti albi: amidi: ana. ʒ. x. lupini. ʒ. xvi. semē cucu. ʒ. i. rixi. ʒ. xx. caṗ. ve. ʒ. xx. aristol. lon. costi: ana. ʒ. x. cōfice cū aq̄ melonū: ⁊ faciez vnge: ⁊ ablue post. vij. horas cum decoctiōe violaꝝ.

¶ Medicamē valēs ad multa: albificat faciez ⁊ rubedinem inducit: ⁊ multū durat. ℞. farine fabaꝝ. ʒ. x. farie ordei. ʒ. xx. semen cucu. ʒ. xv. amigdalaꝝ dulciū. ʒ. x. simule tritici. ʒ. xv. stercoꝛuz passerum. ʒ. viij. lupini. ʒ. vi. conficiantur cū aqua furfuris: ⁊ appone: ⁊ mane ablue cū decoctione violarum ⁊ camomille. ¶ Dixit. d. si quis acciperet semē cucu. ⁊ pistaret cū tritico croco: ⁊ mirra: ⁊ pulpa melōis: ⁊ informauerit trocos erūt mirabiles ī abluēdo feces vultus ⁊ mundificando corpus.

¶ Medicamem valens ad crossitudinem cutis faciei: ⁊ manus. Recipe cere pinguedinis yrci ana lib. i. medulle cerui. ʒ. iiij. mirre. ℥. i. vitella ouorum. viij. liquefiat cera cū oleo violaꝝ ⁊ cōfice alias species: ⁊ pone sup locuz notū. Sed nota q̄ debemus vti istis medicinis precedēte balneo vel ablutiōe cū aq̄ calida donec rubet.

¶ Medicamē cōfortās radices capilloꝛuz mundificans caput ⁊ barbā ab humore corrupto. ℞. salis vsti puluerizati tantūdem zuchari conficianẗ cum oleo ⁊ caput inūgatur in balneo.

¶ Aliud faciens capillos odoꝛiferos ⁊ confortans radices eoꝛum. ℞. spice nardi sandali albi: costi: cardamōi: folij: ana aureum vnū cōfice cum vino odoꝛifero: deide accipe olā habētez oꝛificiū strictuz in fundo perforatā quā linies intus supradicta cōfectōe: postea suffumigabis cū mirabolanis limobis zucharo: vngula cabalina vel sandal: ana: ⁊ cū fuerit desiccatū ex fumigio raꝺ. ⁊ puluerizabis. Postea omnia cōfice cū vino odoꝛifero ⁊ iterū linias sicut pri⁹: ⁊ suffumiga storaces siccas sādal albis ⁊ cāphora: ⁊ desiccatū vide[..]: ⁊ ad vsum reseruabis. Ex quo parū resolues ī vino ⁊ c[a]put vnges.

¶ Medicamē faciēs oꝛiri capillos statim: ⁊ ad eoꝛum valens fixurā. ℞. succi folioꝝ salicis: succi mirte ana. ʒ. iiij. ponatur in ola super ignez leuem: ⁊ tandiu buliat donec remaneat tertia pars: deide pulueriza. ℥. i. laudani: ⁊ mitte cū eo oleū mirte ⁊ mitte totū insimul: de quo radices capilloꝝ inūges. ¶ Dixit di. q̄ si caput fuerit lotū cū aq̄ mirte confirmat capillos: ⁊ eoꝛuz prohibet casum.

¶ Medicamē denigrās capillos: ⁊ facit eos redolere cōfortās cerebꝛuz. ℞. papaueris nigri. ℥. ij. corticis nucum viridium. ℥. iij. laudani. ℥. ij. ligni aloes. ℥. i. gariofiloꝝ: masticis: nucis muscate cipi: cinamomi: ana. ℥. ß. mirab. emblicoꝝ. ℥. i. ⁊ ß. nucl cipressi. ℥. iij. folioꝝ oliue. ij. ℥. ⁊ ß. puluerizenẗ: ⁊ cōficiāẗ cū mucillagine maluauisci: ⁊ cuz q̄ttuoꝛ aureis alcāne rubee ℥. ij. ß p̄ ablue cū ꝺcoctōe corticis nucuz: ⁊ mirte: postea vngas: ⁊ suffumiga cū laudano ⁊ moretur sic per noctē: mane vnge cuz oleo mirte: ⁊ sic ablue caput: ⁊ hoc ē faciēdū aliquib⁹ vicib⁹ in lōgo spatio tp̄is.

¶ Aliꝺ denigrās capillos ⁊ faciēs pulcros: ⁊ sine nocumēto: ℞. galle frixe in oleo. ℥. i. dragaganti. ℥. i. tartari combusti. ℥. ß. nucis cipressi. ℥. ß. dragantum. ℥. ß. laudani aureos iiij. cicerum nigroꝛum combustoꝝ aureos tres. baurach aureos septem. pulueriza: ⁊ confice cuz tertia parte: ⁊ ad pondus omnium alcanne: ⁊ confice cuz vino odorifero: ⁊ superpone capiti per noctē: ⁊ mane abluas cum iure ciceruz nigroꝝ: ⁊ īuenies capillos nigros qꝺ nō ē faciēduz nisi ī lōgo spatio tēpoꝛis. ē eniz exptum.

¶ Aliꝺ denigrās capillos. ℞. succi corticis nucū viridiuz ℥. iij. glandiū. ℥. vi. vini. ℥. viij. buliāt ad ignē donec remaneat tertia pars: ⁊ mitte calcanti. ℥. i. olei oliue libꝛas. ß. confice: ⁊ vnge.

¶ Aliꝺ ad hoc. ℞. succi papauerl rubei: succi nucū viridiū olei mirte ter tm̄ cōficianẗ ⁊ vnge.

¶ Aliꝺ denigrās capillos. ℞. galle frixe ī oleo. ℥. i. alcāne ℥. ß. eris cōbusti. ʒ. ij. salisgēme. ʒ. ij. puluerizeẗ ⁊ cōficianẗ cū aceto mixto cū aq̄ cal'a ⁊ suppone capiti: ⁊ desup pone folia atriplicis. mane abluas cū viscositate maluauisci: aut psilij: aut granoꝛum coctanoꝝ.

¶ Aliꝺ denigrans capillos. ℞. litargiri calcis ana. pone in vi. libꝛis aque: ⁊ expone soli. iij. diebus: ⁊ quottidie moueas ter: deide inūge lanā ⁊ si nigrescit serua: sin autē mitte in aquā. vi. ꝑtem litargiri ⁊ calcis: ⁊ pone ad solez ꝑ alios tres dies ⁊ cola: ⁊ sic facies dōec nigrescat lana. postea cū illa aqua confice alcanā: ⁊ appone capill'.

¶ Aliud denigrās capillos qꝺ est mirabile in hoc. ℞. mirabol. ni. galle. ana. ℥. i. litargiri. aur. i. emb. ℥. i. nitri auṙ. ß. aluminis auṙ. ß. eris combusti. auṙ. ß. sal. geme draganti. ana. auṙ. i. puluerizenẗ: ⁊ ꝯficiātur cū decoctione dactiloꝛum: ⁊ suppone capiti. ē. n. valde mirabilis.

¶ Aliꝺ faciēs renasci capillos ī supcilijs ⁊ ī barba: accipe plūbuz: ⁊ fac ex eo moꝛtariū: ⁊ pistellū: ⁊ pone ītus oleuz ro. ⁊ mirtinū. ⁊ pista tādiu donec muteẗ ī col'. plūbi: ⁊ fiat spissum: ⁊ inūge locū quo vis faceṙ oꝛiri capillos: ⁊ dimitte per noctem mane ablue.

¶ Aliud bꝛeue denigrās capillos. ℞. alcanne ossium dactiloꝛum. añ. confice cū decotiōe corticis fabaꝝ ⁊ galle.

¶ Aliꝺ faciēs ṙnasci capillos ⁊ pillos ī supcilijs: ⁊ ī barba forte ⁊ denigrās ēt. ℞. papaueris ru. folioꝛū mirte capil'. ve. spice nardi: ciperi: feniculi: apij: emblicoꝝ: nucis cipssi ana. ℥. i. decoquātur in. iij. lib. aq̄ dōec remaneat lib. i. colla: ⁊ colature addaẗ. lib. i. mirte: ⁊ coque in caldario pleno vsq͡ ad cōsumptionē aq̄. deinde accipe corticˉ. pini laudani. ana. tertiā partē. ℥. puluerizētur subtilissime ⁊ mitte ī oleo miscendo. vnge mane ⁊ sero.

¶ Aliud bꝛeue exptū ad oꝛiēdū capillos. ℞. ossiū dactiloruz laudani ana puluerizetur ⁊ confice cum oleo mirte: et vnge locum.

¶ Aliꝺ denigrās capillos: ⁊ ꝯfortās casū illoꝝ: ⁊ ē bꝛeue. ℞. nucl cipſ. ⁊ ꝺcoq̄ cū vio ⁊ aceto añ. ⁊ ablue ex eo capil.

¶ Ad destructiōez oꝛtus capilloꝛum omnino. remoue capillos ꝺ loco. postea vnge cū viscositate psilij ⁊ aceto sepe aut cū opio ⁊ aceto aut cū tartaro ⁊ melle: qꝺ ē exptum.

¶ Aliud ad idez vnge cum sanguine rane vel testudinis.

¶ Aliud ad furfura capilloꝝ si caput fuerit calide cōplexiōis: accipe ciceres puluerizeẗ ꝯfice cū aqua atriplicis: ⁊ caput ī ea ablue. ¶ Aliud ad idē si caput fuerit frigide cōplexiōis ablue caput cū aq̄ collogntide cū aqua lupioruz: aut cū aq̄ ī q̄ resolutū fuerit nitrū: ⁊ fel tauri.

¶ Ad idē accipe furfurl lib. ij. remolliāẗ ī aq̄ per diē ⁊ noctē. postea exp̄me et cola. colature admisce. lib. i. aceti buliat: ⁊ ex eo caput ablue. ¶ Aliꝺ ablue caput cuz aq̄ atriplicū ⁊ fenugreco ⁊ vnge cū oleo lilij cel'.

¶ Aliud. ℞. lupini absinthij ana. pulueriza. et confice cuz aceto et caput ablue ⁊c̄.

¶ Compō multoꝝ oleoꝝ. CAP. III.



Leuz iuriulē sic fit: Acci. iuriuleni ⁊ folia mlta iecimini misce in sil'. frica manu sepe vel cū ligno alio die cribꝛa ⁊ folia sup cribrū remanebūt: iuriuleni īferi⁹ cadēt postea appone alia folia et fac sicut p̄us ꝑ oꝛdinez ꝑ. x. dies: postea pista iuriulē et extrahe ei⁹ oleū cuz aq̄ cal'a. Et si volueris claꝝ facere adde paꝝ salis puluerizati: hoc aūt oleū est ca. et hūidū dissoluit: et hūe facit cutē ⁊ capillos: et aufert fissuras accidētes ī manib⁹ et pedib⁹. valet ad pꝛuritū siccū et ad spasmū: de inanitione et bibitum expellit lapidem a renibus. Sed nocet stomacho quoniam remollit eius vilos propter eius humiditatem et neruos eius relaxat: et debilitat oꝑationem v̄tutis reten

Ad aufferandos capillos

tiue:et digestiue et cito ꝯuertit̃ ĩ colerã:et inducit sitim.

Nemini mirū videri oz çacharia barbare si apud Syxtū Pon. Max. gra & auctoritate plīmū potes. Qm̄ nō taz tenuib⁹ fortune adminiculis: q̄ firmis vtutū p̄sidijs clarus es & illustris. Quis .n. ē q tantū tuū in opib⁹ modū: in potestate cōtinentiā in vrbanitate grauitatē: oīa deniq̄ tua prudēter dicta: sapiēter acta: acute respōsa nō admiret̄: Nēpe sicut de attico legim⁹: Romā hūanitatis cognomē deportasti: & a tua qdez: nō vt ille: aliena patria. Nimiꝝ in te oīa Frācisci Barbari patris vtutū lumia elucescūt. cui certe multū latina lingua oz tot tantisq̄ ab eo libris ptim cōpositis: ptim ꝯuersis. A quo minime degenerat Hermolaus fili⁹ te tāto patre nō idignus: in q̄ tāq̄ ppagine deducta: auitate paterneq̄ sapiētie fructus florēt & crescūt. Quē Todorus Haça: sicut iuuenis equales supasset: ita senē senes superaturū eē iudicabat. Quod mihi videt̄ iā asseq etiā non senex. p̄sertimq̄ edito Thēistio a se trāslato. qd̄ meo qdē iudicio cui vis seni q̄q̄ doctissimo nō in postrēis laudib⁹ poneret̄. qs ob res tu tāti fily pr̄: tāti p̄ris fili⁹ oibus tā corporis & fortune q̄ animi bōis ornatissimus: merito appelaris fortunatus & sapiens.

¶ Syxto. pont. max. andreas Brentius patauinus. S. D.



Epe atqz mltū Syxte Pont. max. inter philosophos p̄sertiq̄ stoicos & peripateticos disputatū est: an verā aliquā futurarū reꝝ presensionē nobis somnia afferre possēt: nec ne. Nā Epicuri hac de re: sicut de plerisq̄ alijs sētētia iamdudū explosa ē: Qui cū nihil oīo somnijs credi oportere dicat: id tñ nullo argumēto nulla rōne probet. Sūt ēt nōnulli alij q aiunt ex insomnijs quedā vera cadere posse & ea qdē potius casu ac fortuito cōtingere q̄ illa cur ita euenerint: vlla rōne explicari posse. Quoruz opinio sane pbabilior esset: si magis rōne niti q̄ ad libidinez loq viderent̄. Quapp magis cū Hipocrate Socrate: Platone & Aristotele sentiēdū esse arbitror: q vt philosophorū p̄ncipes ac optimi humanaꝝ diuinarūq̄ reꝝ ꝯscriptores: cū exēplis & longa rei experiētia: tum etiā argumētis & rōne demōstrant: atq̄ cōfirmāt posse animuz a societate & cōtagione corpis sōno seuocatū presentia cernere & futura puidere. Hominis nāq̄ animi eā partē que sensu: que motu: que appetitu pdita ē: nō esse oīo ab actione corporis seiugatā. Jacere.n. corpus dormiētis: vigere aūt & vigilare animū atq̄ in mediū sese maxime colligere: q duz corpori vigilāti inseruit plures in ptes diuisus apud se cōstare nō videt̄: quippe q sensuz cuiq̄ auditui. s. visui tactui itineri partē ac totā deniq̄ intelligentiam suam corporis actionib⁹ attribuat. Cū vo corpus quiescit & nihil sentit: tū ipsuz moueri sentire: tū in oēs corporis partes serpēdo ei⁹ sedes & domicilia disponere: eius oīa subinde munera trāsigere. Intuet̄ nāq̄ visibilia audit audibilia: incedit tāgit dolet: letatur. Quot porro corporis administrationes sint: breui cōspicit atq̄ dyudicat sibiq̄ oīa p cuiusq̄ sui ptis nā atq̄ affectu: ꝯspectui subyciunt̄. Qm̄ ea animi pars: q̄ appetitū & feritatem quandā atq̄ agrestem īmanitatē in se hēt a philosophis nostri tēporis cōcupiscibilis appellata si nimio potu & immoderato pastu obstupefacta fuerit: stupra: incestus nefarios & detestabiles cū cognatis & beluis etiā cōcubitus videt. Silr̄ etiaz altera q̄ trito nomine nunc irascibilis pars nuncupatur in qua existit irarum ardor: si vt superior affecta fuerit: trucidare cedere cruentari multaq̄ facere impie tetre cuz dementia & crudelitate videt̄. At vero tertia illa pars que mentis & rationis particeps est ppterea q̄ ab eisdē philosophis intellectiua dicta: si homo quidem sanus & habitu integer moderatoq̄ victu se quieti tradiderit: tranqllas res atq̄ veraces in somnijs maxime perspicit. Quādoquidez aius noster sensibus liber & ab oī curaꝝ impeditione vacuus: iacēte corpe: dei cognatione tenetur. Ideoq̄ siue per se siue infusus et celitus missus futura prenoscere existimat̄. Nam quidaz etiam insignes philosophi aerem animorum imortalium plenū esse testant̄. Ex eo q̄ spiritus corpora nostra intrantes nobis diuinationē quādā prebere longa assertiōe approbatiōeq̄ ostendunt. Cuius opinionis longe ante fuisse Homerū puto verissimū reꝝ auctorem: qui ec dios idest e Joue & celo to onar esse dixerit. At q an hec vera sint nec ne ipsi inter se disseruerit. Neq̄ enim nostrū est velle tantorum virorum opinionibus iudiciuz interponere. Inter omnes tamē cōstat: antiquitus q̄ sōnia occulta & ab ipsa natura iuoluta nō nisi post euētū cognoscerent̄. Atq̄ id si manifesto nō appuisset: falsa putarent̄: iccirco exortos eē

coniectores somniorum:qui coniectura persequerent̄ ea
⁊ explanarent. Qđ hominum genus apud antiquos ī ma
gno precio erat:existimabaturq̄ȝ non mediocrem sapien
tie partem tenere ꝙ somnia maximum in rebus agendis
momentum habere opinio esset. Que ꝗ̄ multis olim bo
na vel mala casura significarint:non opus est in presentia
historiarum exempla in medium afferre:que pene innu
mera sunt:⁊ plura ꝗ̄ presens nostra hec parua lucubratio
exigat. Satis enim veterum auctoritate ⁊ antiquoꝝ mo
numentis comprobatum est:ꝗ̄ plurimos ex somnijs mo
nitos vel preclara facinora gessisse vel magna impenden
tia mala vitasse. De visiōib᷒ āt siue admonitiōib᷒ ⁊ oracul
ꝗ̄ a grecis chrematismi appellant̄:ꝗ ꝑ quietē dari videt̄:
cum antiquoꝝ:tum etiā virorum nostre etatis sapiētum
neminem ambigere cognoui. Si quidez ⁊ sacre nostre re
ligionis viris sanctis ⁊ beatis visiones semper vere appa
ruerunt. Et ad hodiernū tempus vt apparent:ita ꝯsequū
tur atq̄ȝ recomprobantur:qđ a rōne alienum nō est. Naz
quos deus propter eorū probitatē diligit:⁊ a quibus se ca
stissime ac integerrime coli animaduerterit:his se loco et
tempore secreto:qm̄ id numinis nō oib᷒ sicut impuris aut
sceleratis manifestū esse vult:ostēdit:preterita memorat:
presentia docet:futura aperit:secreta ⁊ arcana demōstrat
atq̄ȝ explicat. Qđ nō credere est deum deiq̄ȝ sacrosanctaz
religionē aspernari. Sed eniz hec que celitus quodā mo
do ac diuio īstinctu afflatuq̄ȝ per quietem cognoscuntur:
nullā,ne minimā quidez preceptiōis partē habere possūt:
quippe cum raro appareant:atq̄ȝ nō nisi certissima conse
quant̄:vt nulla indigeant explanatione. Somnia autem
qm̄ certa animi concitatione ac soluto liberoq̄ȝ motu fi
unt:neq̄ȝ eorum cause aut exitus satis euidenti ratione
probantur:eo coniectura potius ꝗ̄ obseruatiōe ⁊ notatis
signis explicant̄. Cum alijs alio tēpore:alio loco:alio mo
do eueniant:ac semper varient̄ diuersis obtecta veri cer
nēdi difficultatibus:vt incertis certa dare precepta ardu
um ⁊ difficillimū sit. Que v̄o īsomnia a grecis enypnia si
ue phantasmata que a nostris visa appellantur que ꝑ sen
suum motum fiūt valēte corpore aut egrotāte aut aliqui
bus corporis partibus vel inopia affectis aut satietate ef
fluenti:quorum vterq̄ȝ modus animi ac corporis bonum
habitum ledere solēt:hec vnde cur hoc magis ꝗ̄ illo mo
do proficiscantur:ratio reddi potest.qꝛ istoꝝ effect᷒ cau
sas probant:⁊ a causis vicissim euenta cognoscuntur. Atq̄ȝ
igitur hec cum ad naturā cuiusq̄ȝ atq̄ȝ affectum reuocant̄
⁊ coniectura ⁊ obseruatione percipiuntur:cum vero rōne
explicari possunt:videntur certe posse merito artis prece
ptionem exigere. Cui᷒ explanatio ⁊ scientia ad nullos ma
gis pertinet ꝗ̄ medicos:quibus multe possunt dari ex in
somnijs bone aut male valitudinis significatiōes nequa
ꝗ̄ obscuritate īuolute nature.sed e quibus facile aut cor
poris integritas:aut morborum vel varietas vel aduent᷒
vel discessus intelligat̄. Hanc igit̄ insomnioꝝ cognitio
nem diuinus ⁊ singularis vir Hypocrates ac omniū me
dicorum facile prestantissimus:qđ arti sue maxime neces
sariaz esse arbitraretur:instituit eam sicut reliqua medē
di facultatis ꝑcepta magna ex parte adinuenerit adinuē
ta excoluerit atq̄ȝ perfecerit:nequaꝗ̄ intactam omittere.
Itaq̄ȝ insomniorum indicia ⁊ signa:quibus vel boni habi
tus cognoscerentur aut īstantes egrotationes. Item que
malis futuris cauendis remedia essent:queq̄ȝ valitudini
ꝯseruande precepta forent:omnia ipse paucis complexus
est.⁊ in hunc libellū contulit:qui de insomnijs scribit̄. In
quo cum multa meo quidem iudicio continerent̄ ⁊ cogni
tione digna ⁊ ad valitudinē cuiq̄ȝ maxime cōducentia:vo
lui eum exercendi ingenij cā ꝯuertere:⁊ tibi Pont. Max.
mittere:vt illum iudices:qui naturaliū rerum ⁊ superce
lestium scientia es:⁊ haberis excellentissimus. Simul et
vt debito meo satisfaciā. Nam cum hoc e bibliotheca tua
sumpserim omnium celeberrima:que litteratis omnibus
⁊ doctis viris sūmo solatio ac studioꝝ incremento est:⁊ ī
quam a curis tanꝗ̄ in portum me conferre sepius:⁊ totos
deniq̄ȝ dies partim legendo partim scribendo consumere
soleo.iccirco videbar mihi esse aī ingrati ⁊ īmemoris nisi
queādmodū villicus delectabile quid e villa ⁊ hortis do
mino res vrbanas fastidienti affert.ita ego tibi animuz a
negocijs ⁊ imperij admīstratione relaxanti aliqđ e biblio
theca exceptum offerrem tuo studio:tuo docto ocio ⁊ sin
gulari sapientia dignū. Nam licet nobis nulla facultas sit
tibi pro meritis gratie referēde:tamē delectat nos quan
doq̄ȝ tibi his mediocribus exercitationibus aī nostri gra
titudinem ostendere.

¶ Hypocrates de insomnijs.


X insomnijs ea nobis bona sūt que ad vltimaz noctis par
tem intelligētie representant res eo quo inter
diu agebant̄ modo:aut de illis deliberationes
atq̄ȝ consilia. Sanitatem enim signant. qꝛ diurnis in con
silijs animus permanet nulla impletiōe: nulla exinatiōe
nulla alia deniq̄ȝ re externa aut aduentitia superat᷒. Que
v̄o his contraria ac inter se repugnantia sunt:si vehemen
ter:vehementē:si modice:infirmā in corpore ꝑturbatōez
esse testant̄. An igit̄ a negocijs abstineri oporteat necne:iu
dicium nō fero. Uerūtamē corpus ideo purgandum esse
consulo:ꝙ ex materia quapiā superante contigit secretio
animū ⁊ intelligentiā perturbans. Qꝛ si vehemēter discre
pent:prodest vomitū mouere:⁊ in quintū diem modicos
⁊ leues cibos sumere. Exin cum deambulationib᷒ multis
⁊ acribus:tum mediocribus exercitationibus vtendum.
Sin minus:vomitus:ocium:⁊ tertia pars cibis demēda.
Rursusq̄ȝ eadē victus ratione quintum vsq̄ȝ diem vtere:
adiecta deambulatiōis ⁊ vocis exercitatione. Deinde po
stea dijs īmortalibus supplicandū. Sol luna celum stelle
ex consuetudine pure lucide splēdide cōspectui subiecte ī
bonis sunt:indicātes quippe omni ex parte corpus bñ va
lere. Quare hic habitus presenti victu conseruandus est.
Si quid v̄o contra apparuerit:morbum corpori a validis
validiorē:ab infirmis leuiorē īstare manifestissimū ē. At
q̄ȝ si stellaꝝ externus circuitus:solis medius:lune: ꝗ cau
sis adiacet:extingui quid aut ledi aut occultari aut omni
no impediri visus fuerit:eidem circuit᷒ parti morbū sup
uenire:tenuiorē quidem:si ab aere vel nube stellarū aliꝗ̄
afficiat̄:si ab aqua seu grandine:vehemētiorē. Signo nāq̄ȝ
est humiditatis ⁊ pituite excretionē in interioreȝ circū
ferentiam icidisse. Huic igit̄ expedit ī vestimentis sudo
ris ꝗ̄ maxime euocādi cā.primo quidem sensim. deinde
vehemēter currere:post v̄o exercitationē multis subinde
deambulationib᷒ vti:prandio itermittendo. Ac tertia de
mū cibis ablata parte:in quintū diem paruz assumere. tū
si maior offensa apparet:fouere. Siquidē ea de re corpus
per superficiē expurgari cōfert:qꝛ in exteriore circūferen
tia detrimētū inest. Preterea cibis siccis:acrib᷒:austeris:
meracis:⁊ exercitationibus maxie siccis vti. At vero siqđ
eiuscemodi pati luna videatur:intus euulsionem fieri: ꝓ
dest ab acribus:salsis:lenibusq̄ȝ cibis vomitum excitare:
magna vi currere:vocem exercere:prandium intermitte
re.vtiq̄ȝ cibi detractione ⁊ victus moderatiōe habita. De
inde vomitu iterū facto in quintū diem modicū cibū ad
hibere. Ubi aūt sereno celo circuitus a siccitate affligi la
borare supari videt̄:egrotatiōis periculum est. Igit̄ opus
est laboribus demere victu humidiore leni:balneis: ma
iore quiete:somno multo:donec cōsistat vti. Si igneū qđ
⁊ incensum stellis illis repugnans cōspicit̄:bilis excretōis

nota est. Si victe demuz occultentur: periculū ē ex egrotatione mori. Si in fugam aut vertuntur: aut verse celeriter fugiunt alijs deinceps insequentibus: future nisi homo curetur: īsanie metus est. His itaqꝫ omnibus veratro in primis euinci: victum moderari conuenit: aliter victuz ab aqua repeti nō alienum est: vinum nequaq̄ꝫ gustare p̄terq̄ꝫ tenuissimum lene dilutum. Item ab acribus siccantibus: salsis calefacientibus abstinere: necnō exercitationibus naturalibus ⁊ cursibus in vestimento vti q̄ꝫplurimis absit frictio: lucta: saltatio: ⁊ vehemēs exagitatio: molliter cubet: desideat preter q̄ꝫ a naturalibꝰ laboribꝰ. Post cenam deambulet Bonum etiam est foueri scd̄m fomenta subinde vomere. Ad trigesimum diem ne impleat̄. Impletus bis in mense vomitum a dulcibus humidis ⁊ lenibus prouocet. Que aliūde alio nulla necessitate aut vi vrgente vagantur: animum sollicitudine ⁊ cura affici docēt. Huic nempe prodest ex toto conquiescere: ⁊ animum ad spectacula risum precipue mouentia vertere. Si minꝰ ad id saltē qđ per biduum aut triduum spectando mens exhilaretur. Post sistet. si id non proderit: egrotationez esse metuendā. Omnino stelle que e circūferentia pure ⁊ splēdide delabi ac orientis partem petere videntur: bone valitudinis testimonia sunt: propterea ꝙ quicquid vel ī corpore est separatuz vel in aluo excretum: vel in carne pullulans: id probe omne ab occidui circuitu: cui recte adheret excidit. Que vero ex illis nigre ⁊ obscure siue ad occiduū siue in mare siue in terram siue paulo supra deferri videntur morbos denunciant. Que supra grauedines: que ī mare: malos alui habitus: que in terrā: tubercula in carne maxime nascentia. His confert tertiam portionem cibis demere: excitatoqꝫ vomitu in quintum diem victum temperare. alio deinceps quinto die cuiuslibet generis cibuz adhibere. Tum iterum facto vomitu ad eundem superiorem victum redire. His deniqꝫ celestibus insidere quicquid tibi videbitur purum ⁊ humidum: bonam valitudinem ostendit. Quoniam id ab ethere descendisse in hominem. Tale autem animo representari: quale hominez intrauerit. Econtrario nigrum quodlibet impurum ⁊ minime illustre: mali morbi: nō ab impletione certe aut exinanitione: sed ab externa causa instantis indicium habetur. Huic ergo conducit multa vi currere: vt q̄ꝫminima corporis liquefactiōe: ac spiritu spississimo vsus aduentitiū malum propellat: protinusqꝫ s̄m cursum acribus deambulationibus vtendum: victus autem in quartum diem mollis ⁊ leuis adhibeatur. Quodlibet tibi adeo purum dari visum: secunde valitudinis signuz est ꝙ ingredientia corpus pura sint. Cuiuscūqꝫ horum contrarij inspectio extiterit: non est bonum. Morbum enim corpus inuasisse constat. Ideoqꝫ hunc sicut priorem curari optis est. Aquam lenem sereno celo sine vehementi quidē madefactione aut graui tempestate pluere videri bonum: temperatum nāqꝫ ⁊ purum e celo spiritum intrasse demonstrat. Econtrario magnā impure aque vim cuz procella ⁊ grandine pluere: morbū ab aduentitio spiritu notat. Similiterqꝫ hūc tenui victu ⁊ cibis omni mō perq̄ꝫ paucis vti oportere. Sic qui celestium astrorum signa cognoscendi iudicio preditꝰ fuerit: debebit ex illis cum sibi suiqꝫ valitudini victus genere prospicere: tum etiaz dijs supplicare. Pro bonis quidem. Soli ioui celesti: ioui terrestri: Minerue terrestri. Mercurio: apollini. Pro contrarijs autem. Dijs malorū auersoribus terre ⁊ heroibus: vt omnia grauia ⁊ aduersa a nobis auertant. Insuper etiam ex somno propinquā q̄d acriter intueri: aut audire: tuto incedere: secure ⁊ sine vlla formidine currere. Item terram planam beneqꝫ cultam arbores florentes ⁊ fructuosos ⁊ mites: fluuios pro more aqua limpida: nequaq̄ꝫ iusto pleniores minoresue fluētes fontes itidē ⁊ puteos in somno ante oculos obuersari. his omnibus indicijs cum corpus bene habere: tum vo oīes circuitus ⁊ victus atqꝫ excrementa pro natura esse cognoscuntur. Quicquid istorum contrarium apparet: mali detrimenti est. Nam auditum ledi: circa caput esse noxam docet. Igitur matutine. quinetiam s̄m cenam aptissime erunt deambulationes addito superioris victus genere. Crurum offensa vomitu conuellenda est: pleniore lucta vtendum: seruata eadem in cibis ratione. Aspera corpus impurum esse dicit. res amat plures post exercitationem deambulationes. Arborum sterilitate humāi corporis p̄nicies ostendit̄. Siquidez sine folijs arbores: ab humidis ⁊ frigidis detrimentum: cum folijs autem: sed sine fructu a calidis ⁊ siccis: vtiliter victus ratione hec refrigerantur ⁊ humefiunt: illa siccantur ⁊ calefiunt. Fluuij nō pro natura fluentes sanguinis circuitum signant: largius quippe excessum: minus defectum. Commodum igitur est victu hoc implere: illud tenuare. Si impuri fluūt: perturbationem significant. purgantur autem a cursibus ⁊ deambulationibus multo spiritu citati. Nocturne fontium ⁊ puteorum imagines: ventos circa vesicam esse indicio sunt. Res igitur vrinam mouentes ad purgationez aptissime sunt. Mare turbatum: aluis malū subesse testimonio est. Auxilio sunt res aluū soluētes leues ⁊ molles. Terra vel domus mouens: sano aduersam valitudinem. Egro sanitatem ⁊ instantis mutationem pollicetur. Valēti ideo victum mutare perutile est: ꝙ totum a presenti corpus afficitur. Egrotanti autem in eodem persistenduz: quia ab instante corpus mutatur. Terrā vel a mari vel ab alia quapiam aquarum multitudine inundari. egrotationem multe: que in corpore inest: humiditatis expectandam esse testatur. Quare vomitus: prandij intermissio exercitatiōes sicci victus pernecessarij sunt. Deinde ex modicis ⁊ parū assumendo: ad consuetudinem reuertenduz. Vtiqꝫ nec id in bonis est in somno terram nigram aut crematā videre. Quandoquidem in vehementem ⁊ mortiferum morbuz incidere periculosissimum est. Siccitatis enim exuperātiam carni instantem deprehendit. Laboribus ergo. Itez cibis quicquid sicci calidi acris ⁊ vrinā mouētis: demendum. victus esse debet ptisane decoctū ius: res deniqꝫ omnes molles leues ⁊ modice quidem: potui vinum dilutuz album copiosius dandum est. Balneo frequentiore ⁊ calido vtendū. Sed vero minime ieiuno: emolliatur: congescat: frigus: solem caueat. Telluri mercurio heroibus diuinam rem faciat. In palude siue mari siue fluminibꝰ natare videri: non bonum. Quia humidi excessum testatur. oportet hunc imperare victui ⁊ se exercere: febricitāti autem bonum qđ caliduz ab humidis extinguitur. Quicq̄d neqꝫ maius minusue: sed ex consuetudine ⁊ pro sui natura esse apparuerit: pro bono valitudinis habetur. Vestē candidam siue pulcherrimos calceos indui: bonū. Qđ ex mēbris maius: nō bonum. vtiqꝫ qđ minus: oportet victus ratione hoc augeri: illud minui. Nigra omnīo morbida atqꝫ periculosa sunt. Utiliter emolliuntur ⁊ humefiūt. Noua mutationem predicunt. Puros ⁊ in albis vestimentis mortuos videre: bonū. Item ab illis aliquid puri accipere in bonis est. Nam ⁊ corporis ⁊ rerum ingredientiuz integritatem declarant. Ex mortuis quippe nutrimenta incrementa ⁊ semina proficiscuntur: proptereaqꝫ hec si pura in corpus serpunt: sanitatis sunt. Rursum nudatos vel pullatos vel sordidos vel e domo quid capientes auferētesue conspici: non aptum. Morbuz ideo arguit: quia res corpus ingredientes noxie sunt. Confugiendum ergo ad cursus atqꝫ deambulationes: ac vomitu facto: alimentum molle ⁊ leue adhibendum. Corpora quecunqꝫ in somnijs deformia in conspectum veniunt: hominēqꝫ terrent: inso-

liti cibi satietatem:excrementum:choleram:deniqꝫ mor-
bum periculosum exponunt. Necesse itaqꝫ erit vomitum
mouere:⁊ in quintum diem cibis q̃ꝫ leuissimis ⁊ modicis
minimeqꝫ acribus siccisue aut calidis:presertimqꝫ labori-
bus naturalibus:preterq̃ꝫ scd̃m cenaz deambulationib⁹.
Itez balneis:sed vero calidis ac quiete vti:a sole preterea
⁊ frigore cauendum est. In somno videri quid assueti po-
tus aut cibi sumere:alimenti inopiam ac animi languorē
probat.atqꝫ carnes validissime quidem maximi excessus:
infirmissime autem minoris. Ut enim qđ assumitur bo-
num:ita est qđ apparet.Cibis ideo demendum est qđ ali-
menti exuperantie id testimonium sit.Similiter etiā pa-
nes caseo ⁊ melle confecti in somno edi si videantur:eius-
dem signi sunt.Aqua pura epota:bonuz:relique vero om-
nes noxie.quicquid assueti homo spectare videtur:animi
desideriū testatur.Quodcūqꝫ vero fugit perterritus: san-
guinez a siccitate infestantē detegit. Utilissime ergo cor-
pus refrigeratur ⁊ humefit.Pugnare:vulnerari:cruenta-
ri:vinciri:corpori secretionem circuitus inimicam conti-
gisse signo sūt.Optimū igitur est attenuare:deambulare:
cibis facilibus vti.Tum ſm vomitum intra quinqꝫ dies
sibi temperandum.Quinetiam ex visis errores: vagatio-
nes:ascensus mali ⁊ graues contingunt.Fluuiorum traie
ctus:armati hostes:diuersi generis monstra:egrotationis
siue insanie argumenta sunt.Pernecessarij igitur sic errā
tibus sunt cibi modici leues ⁊ molles.Tum porro ꝑmul-
te:preterq̃ꝫ post cenam:exercitationes.Necnon ad quin-
tum diem cum vomitu victus paulatim temperatus sit.
Insuper a calidis balneis:desidia:frigore:sole cauenduz:
Hec qui seruare voluerit:prout vict⁹ ratio dictat: a nobis
quantum per hominez deo iuuante fieri potuit:excogita-
ta inuentaqꝫ:is semper in vita bene valere poterit.

¶ Andreas.B.P.Ni.Hupalatino.S.D.



Habes iam Hupalatine Ypocratem de in-
somnijs a me expressum. Quaz qui
dem prouinciam vt susciperem. non prius ad-
duci potui q̃ꝫ tua:Aloisijqꝫ podocathari viri op
timi ⁊ vtriusqꝫ nostrum amicissimi motus ad-
hortatione atqꝫ auctoritate. Quapropter ita me de⁹ amet
si me vobis nō plurimū debere fateor: qui me semper ad
virtutem ⁊ laudis studia adhortari incitareqꝫ non desisti
tis. Atqui sic vobis promitto ⁊ in me suscipio: studebo q-
dem semper ⁊ pro viribus laborabo quantulecūqꝫ vestri
de me opinioni suscepte respondere.optimisqꝫ cōsilijs ve
stris ⁊ admonitionibus parere.Siquidem me a vobis nō
secus atqꝫ parentibus diligi ⁊ amari iandiu perspexi atqꝫ
expertus sum.Ut autem mi Hupalatine:quid animi mei
erat:intelligas:institueram more grecorum paucis hunc
libellum interpretari:qđ scribendi genus illi paraphrasin
appellant.Sed cum res postea videretur magni esse ne-
gocij:multe doctrine:⁊ longioris tēporis:malui parue eru
ditioni mee consulere ac amicorum voluntati satisfacere
librum iam efflagitantiuz.Hoc igitur negociū vobis do-
ctioribus permitto:qui medendi artem cum scientia:tum
etiam vsu ⁊ exercitatione habetis consumatissimam:que
cum alijs scientijs instructa esse debet:tuz precipue astro-
nomie cognitione: quēadmoduz hoc in libello Hipocra-
tes demonstrare videtur ⁊ testari. Cuz internas corporis
partes lune:medias soli:externas stellis tribuat: non sine
magna profecto astrorum nature scientia ⁊ peritia.Quan
doquidem lune sidus cum inter omnia nobis proximum
sit:maxime in corpora nostra dominari censet̄.Unde pru
denter ea a vobis i medendo tantopere obseruatur. Sol
autem quo magis a luna distat:eo minus nobis obesse va
let.Qđ enim vi exuperat:id intercapedine minuit̄. Simi
liter etiam stelle quoniam a nobis longissime absunt: aut
multuz corpora infestare possunt: quibus tamē omnibus
astris presertimqꝫ elementis que in deorum nominibus
inclusa sunt:multum Hipocrates mea quidem sententia
tribuere videtur : cum iubeat supplicare soli ioui celesti:
ioui terrestri:minerue terrestri:mercurio: apollini: terre:
heroibus:que omnia si contemplari licet ac aliquantum
remouere sensus ab imperiti ⁊ ignari vulgi opinionibus:
reperientur habere in se naturalem rationem certe nō in-
dignam: sed vero medico ⁊ philosopho maxime conue-
nientem. Nam sol pro mundo accipi potest:qui cum side-
ra solem lunam ignem aera aquā terram: tum cōmunem
omnium naturam rerumqꝫ vniuersitatem in se continet.
Oz autem purus candidusqꝫ ⁊ ab omni reliquorum qua-
tuor corporum colluuione vacuus est:a poetis olymp⁹ ap-
pellatur:ꝙ totus lampi idest splendet. Deinde a nōnullis
philosophis quintum elementum esse videat̄ : ab eisdēqꝫ
ꝙ eius ardor nequaq̃ꝫ agitaretur ab alio neqꝫ externo pul
su:sed per se ipse ac sua sponte semper ⁊ continēter moue-
retur:entelechia appellatur:estqꝫ ⁊ habetur illorum opi-
nione omnium rerum que natura administrant̄:semina-
tor ⁊ sator ⁊ parēs atqꝫ educator ⁊ altor. Ioui celesti vł be
nigne ⁊ temperate eius stelle.que grece pheton dicit̄: que
inter saturni horridum sidus ⁊ martis ardens media exi-
stit:illustris ac splendida.vel etheri qđ idem celum voca-
tur vltima ⁊ altissima ac extrema hora ⁊ determīatio mū
di omnia cingit circūplectitur ⁊ coercet:ex quo solis stel-
larum omniūqꝫ siderum naturales flamme existunt. Cu-
ius quidem calidum ⁊ igneum:qua natura est bilis: q̃ꝫdiu
in corpore scitur ⁊ agitur motu suo:aliturqꝫ ⁊ crescit:tādiu
sensus ⁊ vita remanet. Ioui terrestri siue orco:eidēqꝫ Di-
ti nominato Iouis fratri cui terrena vis dedicata est: qui
grece Pluton dicitur:ꝙ omnia recidant in terras ⁊ orian-
tur e terris: Siue Neptuno eiusdez fratri. Aquaꝫ elemē-
to cuius humore ⁊ vaporibus magna quoqꝫ ex parte tam
stelle natura flāmee q̃ꝫ humana corpora aluntur ⁊ nutriū
tur. Hic igitur si deesset:cum sibi propter nature similitu-
dinem pituitam vendicet:a grecis flegma appellataz que
corpori magno nutrimēto est:noster quoqꝫ spiritus igne-
us simul discederet:necesse eēt. Minerue terrestri. idest
aeri terre ⁊ aque proximo vel lune que a sole illuminata
ijsdem quibus ipse spacijs cum vagetur circaqꝫ terrā vol-
uatur grauiditates ⁊ partus affert maturitatesqꝫ gignēdi:
natis etiam incrementum ⁊ vbertatem: atqꝫ propter va-
ria eius officia ⁊ potestates:diuersis vtpote Diana Luna
Lucina vocatur nominibus. Mercurio Mercurij stel-
le.que infra martis Pyroida accensam temperatiorē di-
citurqꝫ a grecis Stilbon. vel aeri sublimiori etheriqꝫ vi-
tio cuius tenuitate ⁊ calore temperatus vitalem ⁊ saluta-
rem spiritum prebet animantibus:sine cuius aspiratione
nemo posset viuere.ipse nanqꝫ vna cum animantibus vi-
uit vna audit vna sonat vna dormit. Aer deniqꝫ: vt verbū
ex quo declinatur:significare videtur. Ao eniz spiro ⁊ ael-
le flatus dicuntur:tota est ista nostra animalis spirabilis-
qꝫ natura. Neqꝫ enim vllus in corpore humor est qui ma-
gis vitalis sit q̃ꝫ sanguis propterea ꝙ moderataz aeris ca-
liditatem humiditatemqꝫ sibi attrahit: vt non īmerito cū
liquor pīceps habeatur. primā ex corporis partibus sedē
cor.s.sibi vendicauerit: in quo vita sensus ⁊ intelligentia
existit nōnullorum philosophantium sentētia. Preterea
enim aeris temperatione reliqua elementa. duo enim si-
ne tertio medio ⁊ tanq̃ꝫ nodo vinculoqꝫ difficulter cohe-
rerent:inter se emolliuntur:depositaqꝫ quodqꝫ vehemen
ti sue nature vi:tanq̃ꝫ tenacissimo glutino iūguntur. Sic-
qꝫ omnia gignunt procreant que videntur ī hoc mirabili
mundo tam speciosa taz pulchra tamqꝫ necessaria. Is igi-
tur cum inter hec medius sit ⁊ tanq̃ꝫ precipua causa ⁊ au-

ctor vt ad procreandũ copulentur cõstringantur: q̃ a poe-
tis nuncius deorum. i. elementorum sub Mercurij quasi
medij currentis nomine habetur. Nostrum. n. nõ ẽ ĩ pre-
sentia astronomorum rationes referre. Apollini. i. soli cui
id nominis inditum est autore platone ꝙ circuz celũ ver-
tatur ⁊ terraz modo accedens modo recedens: qui quidẽ
efficit vt frigida calefiant: mortua reuiuiscant: omnia flo-
reant ⁊ in suo queqꝫ genere pubescant: maturent ⁊ perfi-
ciantur. Terre. i. animantium matri ⁊ altrici: quippe que
grauidata seminibus omnia pariat ⁊ feta alat ⁊ augeat: p̄-
sertimqꝫ omnia aiantibus prouida ad victum suppeditet
necessaria. eandem opem appellant: ꝙ ope fiat melior: p̄-
serpinam ꝙ ex ea proserpant fruges: vestã qđ vestiat̃ her-
bis. Heroibus. i. animis siue spiritibus qui antiquorũ opi-
nione huic aeri terre vicino iminentes putarent̃ non par-
uam in nobis potestatem habere. ijdem a veteribus reli-
giosis demones dicebantur: qui medij essent inter deos q
sũmum locum tenent ⁊ homines qui infimum. Ex his igi-
tur quantum pro tenui ingenio meo iudicare possum: vi-
detur mihi Hipocrates vnum tantũ deum sentire: eũqꝫ
diuersis nominibus appellare. Qđ Platonem similiter ⁊
Xenophontem ac stoicos sensisse legimus qui dicebant ⁊
mundum deum esse ⁊ celuz ⁊ astra ⁊ terraz ⁊ animos: nec
referre eundem esse iouem eundem Martẽ eundẽ Vul-
canum. Atqꝫ propter causas potestatesqꝫ diuersas: multa
dari cognomina: non tamen propter tot res etiam tot de-
os eum esse cogere. Quid enim attinere: cũ vna sit forma:
plura esse nomina? Sed vero rebus naturalibus deorum
figuras tribui ob vtilitatum magnitudinem que ab illis
in res concretas ⁊ creatas redundare videbantur: omnia
tamen principi deo vt autori ⁊ datori debere referri acce-
pta. Quam quidem vnicam cãm ac primã notionez mul-
to ante Homerus intellexisse iudicatur. Cum appellaue-
rit Iouem dominatorem rerum ⁊ omnia motu regentez
presentem prepotentemqꝫ patrem diuum hominũqꝫ. Qđ
idẽ Valerius soranus autore Varrone his versib⁹ testat̃.
Iupiter omnipotens regum rex ipse deusqꝫ.
Progenitor genitrixqꝫ deum deus vnus ⁊ omnis. Ex quo
merito ortum est vt dicantur Iouis omnia plena. Quẽad
modum vero a commentitijs ⁊ fictis deis ratio traheret̃
ad physicas res bene atqꝫ vtiliter inuentas. me certe do-
cuerunt greci doctores in Homerum scribentes qui vt sa-
pientissimi ac rerum naturalium doctissimi physicas ra-
tiones que in fabulis non inelegantes insunt: prudenter
exponunt docte enodant: ornate enucleãt: ꝙ si qui fuerit:
quos non paucos fore cẽseo qui existimauerint Hipocra-
tem ꝫm communem vulgi opinionem locutum esse: sciãt
modo isti doctissimos illos viros ml'ta quãdoqꝫ voce ex-
primere cum eorum animus ⁊ mens longe rectius senti-
at ⁊ iudicet: qđ si fecisset Socrates nõ epoto veneno mor-
tuus esset. Neqꝫ protagoras similiter: si id seruasset: ĩ exi-
lium ab atheniensibus eiectus fuisset: vt autez aliquid eti-
am ijs qui sic opinantur: concedatur. sol in celo dicitur: qr
solus ex omnibus sideribus est tantus: vt cum exortus sit
obscuratis omnibus solus appareat: vel ꝙ solus vnus sit
⁊ non plures. Apollines in terris coluntur: quorum cum
vnus vulcani filius: alter corybantis natus in creta. terti-
us Ioue natus ⁊ latona sit. quartus in arcadia. Cũqꝫ om-
nes alius alijs in locis diuersa ob munera colantur: ita di-
uersis appellantur nominib⁹ vtpote medicus delphicus
delius Tirynthius Daphneus Nomius vel vt alij putãt
nomino: ꝙ archades ab eo nomus hoc est leges accepissẽt
Nec prohibet quicq̃ꝫ Iouem celestem Iouem terrestrez
dici. Cum plures ioues fuerint: ex quibus alter patre celo
alter ethere patre natus: tertius cretensis Saturni filius
cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. qui igitur ĩ ter-
ris natus: terrestris: qui in celo ⁊ parentibus imortalibus
celestis merito nuncupetur. Item Minerue ⁊ Mercurij
plures fuerunt: qui similiter pro locis officijs. ac opinioni-
bus que de illorum ortu inualuerunt: vocantur ⁊ colunt̃.
Terra terre dea tellus est: que a nõnullis ceres quasi ge-
res dicitur. Heroes viri excellentes qui immortalitatem
consecuti sunt: ac inter deos asciti ob ipsorum merita er-
ga humanũ genus: sicut Hercules Castor ⁊ Polux ⁊ Escu-
lapius: qui cum mortales fuissent: mortalium curam ha-
bere ac pro eis apud reliqua numina intercedere putabã-
tur. Hec ⁊ multa alia de dijs ignarũ ⁊ supersticiosum vul-
gus opinatur ⁊ fingit: que non modo in illa maiestate ac
beatitudine esse sentire nephas haberetur: sed etiam au-
dire aures abhorrerent. Sunt enim ista omnia imperite
plebis deliramenta ac anicularum fabelle: a quibus si nõ
verbis at animo ⁊ sententia Hipocratem diligentem na-
ture preuestigatorem vehementer dissentire atqꝫ discre-
pare censeo: qui vt philosophus reruz autor ⁊ non fabula-
rum vnum solum primum deum eumqꝫ primam causam
huicqꝫ omnia tã celestia q̃ꝫ humana subiecta esse arbitra-
ri videtur. Reliqua enim omnia cum explicantur ad ra-
tionẽqꝫ reuocantur rerum magis q̃ꝫ deorum fictorum na-
tura cognoscitur. Qꝫ quidez eo verisimilius videtur: quo
magis religioni nostre accedit que deum vnum optimuz
maximum Christum omnium rectorem ⁊ dominatorem
sentit colit ⁊ sapit. Sed quoniam cepi secus agere q̃ꝫ ini-
tio dixeram. Negaram enim exponere: reliqua vobis in-
terpretanda relinquo. Ego vero quantuz potui: vobis stu-
dui hunc libellum latinum q̃ꝫ emendatissimũ tradere. In
quo siquid fortasse claudicare videbitur: id tribue Deme-
trij Carcocandilis atheniẽsis preceptoris nostri absentie
qui eius acri ⁊ diligẽti iudicio grecis in litteris propter lo-
corum interuallum vti nequeo. Qui quidem alter Demo-
sthenes fuisset Theodori gaçe iudicio: cuius itidẽ opinio-
nis Bessarionem cardinalem nicenũ fuisse senex ille do-
ctissimus mihi iucunde narrare solebat. si ei ciuitatis sue
athenarum fortuna ⁊ imperio florentis tempore nasci cõ-
tigisset. Qꝫ autem possumus: id vobis libenter damus. plu-
ra tamen in posterum si nobis vita suppetat ⁊ ocium sup-
sit: daturi vt vobis amicis: omnibusqꝫ huius facultatis stu-
diosis nequaq̃ꝫ opera nostra ⁊ industria vnq̃ꝫ defuisse vi-
sa fuerit. Ctesium interpretatus sum terrestrem: quia id
congrue deriuari posse censui a po cthonos mutatis cras-
sis in tenues more ionum quoruz lingua vtitur Hipocra-
tes. Deinde ꝙ cum insomnia partim celestia partim ter-
restria videantur. cumqꝫ ioui celesti dicat sacrificandum
esse: merito vtiqꝫ sacrificanduz foret deo qui terre domi-
natur: qui a poetis iupiter infernus ⁊ stygius appellatur
idemqꝫ terrestris. De quo cũ ĩtelligeret Hipocrates mea
quidem opinione distinguendi causa Iouem superum ap-
pellauit celestem: inferum vero Ctesium. Alias enim id
epitheton superfluum esset. Cum vni tantuz Ioui cogno-
mina illa tribuantur: pater rex Polieus philius Hetere⁹
Homogni⁹ Hicesius Phixius Xenius Ctesius ⁊ Epicar-
pius: vt refert Dion Chrysostomus. Qꝫ si hoc non placet
Ctesius dicatur opitulus ꝙ opes ⁊ diuitias ⁊ possessiones
prebeat: que tamen in terris sunt ⁊ ex terris proficiscun-
tur: que Ioui inferno hoc est diti dicate sunt. Minerua
itidẽ Ctesia que a me accipitur pro lũa ꝙ sub terris apud
inferos Proserpĩa dicitur que fructus ⁊ fruges alit ⁊ pre-
bet: si physica ratio non placet: nominetur opitula: ꝙ diui-
tias: vt fabule tradunt: nendi suendiqꝫ industria prestet.

¶ Expliciunt insomnia Hipocratis.

¶ Libellus Zoar de curatione lapidis.



Canon quem scripsit alguaçir abuale çor filius abmeleth filij çor. imperatori sarracenorum haly filio iosephi filij tesiphin. de curatiõe lapidis accidentia a quibus cõuenientius est cauere ꝛ a quorum narratiõe cautela ẽ adhibẽda timorẽ qui est in eis debilior nãq; eorum prosternit virtutem ꝛ soluit iter homĩes ꝛ suas salutes. Et ipsi quidem nõ sunt sicut accidentia in quorum curatiõe iteruẽit latitudo. Et ego quidẽ multotiẽs eo presente dixi qꝺ accidens hoc est sicut inimicus. Et oꝫ lꝫ det inducias: vt abscidatur in ipsis suis inducijs propter suam debilitatẽ in resistẽdo. Non ergo sit contẽtus ĩ debilitando ipsum: ꝛ cum eo illud quod acquirit ei mĩos acquirit preparationeꝫ. Et cañ. cõferens ĩ aggregatiõe esse huius accidẽtis: per cuius assiduationẽ cõfido ꝙ securabitᷣ ab eo est iste: duꝫ tempꝰ qꝺ estatis perseuerat vsq;quo pertranseat temporis plurimũ autũni: ꝛ descẽdat pluuia multa: tũc acceptio vncie vniꝰ ꝛ. ß. ꝺ sirupo acetoso facto cũ aceto ꝙ expressiõis vue pure ꝛ medietas. ʒ. ꝺ sirupo violato cũ quinq; vncijs aq̃ cuꝫ qua bulliẽtᷣ cortic. radic. fenicli. ʒ. i. ꝛ. ß. ꝛ cubebe cõtrite. ʒ. i. donec cõsumpta fuerit aque pars quinta ꝛ collata ẽ conuenientius: sumat hoc duobꝰ diebus in oĩbus quindecim diebus: ꝛ acceptio aque ciceris ſm ꝙ dixi bona est: ꝛ bñdicta. Et si inueniatᷣ in aqua ciceris acuitas in cõplõne propter calorem aeris interpolet eam: ꝛ misceat cuꝫ ea in decoctione eius acetũ qꝺ destruat eius caliditatẽ ꝛ roboret ipsius incisionẽ ꝛ eius abstersionẽ: ꝛ ad vltimũ qñ iuenitᷣ ĩ acuitate ꝯplõnis ꝙ requirat studium infrigidando. Sumat hũc sirupũ sine medicinis decoctis in qua quas narraui. Et vtatᷣ sirupo acetoso: ꝛ sirupo endiuie: ꝛ sirupo nenufaris: ꝛ ponat ĩ omnibus temporibus aqua cibariorum factoꝝ ei aq̃ ciceris nigri nisi apud vehemẽtiã caloris aeris. decoquatᷣ ergo cũ aceto: ꝙ decoquitᷣ cuꝫ aqua ciceris. Et sit cum aceto cucurbita: multiplicetᷣ origanum. Cũ ergo aduenerit autũnus ꝛ non intelligo per autũnũ illud de quo absolute dicitur hoc nomẽ: qm̃ totum autũni cuiꝰ natura est ex natura temporis estatis calida: sed nõ intelligo per ip̃m qñ conuertitᷣ complexio aeris gradatiꝫ ad frigus ꝛ associatᷣ ad illud: ꝛ humectetᷣ aer ꝑ discessionẽ pluuie sumat ꝺ confectiõe quã feci ei nũc quattuor. ʒ. cum decoctione ciceris nigri cõdita cum sale ꝛ pauco piperis die vno ꝛ interpolet diẽ quattuor vicibus: aut quasi illis. Cum ergo vehemẽs sit frigus aeris ꝛ exigitᷣ hyems accipiat de tyriaca magna omnibus. x. diebus. aut quasi illis. ʒ. i. cũ tanta aqua calefacta quãta capit os semel ꝑmixto ei sirupo ꝺ cortice triti. Et qñ possibile est vt vtatur cibario facto ex holẽ vrtice. Fiat ei cibarium holericum decenter factum cum carne hedi ꝙ sumat in principio sue comestiõis. hoc ergo regimen sufficit ad auferendas cãs huius accidẽtis. ꝛ de illis que oportet ip̃m in cibo sumere est lepus postq̃ consumatᷣ hyems ꝛ descensus pluuie ꝛ niue die aliquo in diebꝰ. At vero adolescẽs. est multo melior qñ aries bimꝰ in istis diebꝰ duobus temporibus predictis proprie. Et de illis quibus oꝫ conseruari sanitas ab omnibus accidentibus: que de ꝓprietate caloris est vt faciat accidere: aut vt accidant ea eius in tempore autũni: est vt sumat in mense madij circa finem eius: ꝛ in principio iunij istud ordei excorticati ꝛ contriti: ꝛ floris nenufaris. ꝛ oculoꝝ vacce mũdatoruꝫ ex suis interioribus. omniũ añ. ʒ. viij. seminis scariole ꝛ volubilis exiccate: ꝛ medulle seminis croci ortulani ꝛ medulle seminis melonis omniũ añ. ʒ. iiij. floris viole: ꝛ capilli veneri: ꝛ cortices radic. apij recẽtis omniũ añ. ʒ. ij. reubarbari electi recentis quartam. ʒ. vnius terantur que sunt terenda ꝛ infundantur omnia nocte in mensura libre aque feruentis ꝛ in mane ponatur super igneꝫ lenẽ. Cumq; inceperint bullire confricetur manibus calida et colentur ꝛ confricentur manibus in colatura de condito rosato ꝛ çucharo. ʒ. xij. ꝛ de medulla cassiefi. mũdate a suis interioribꝰ ꝛ suis tunicis. ʒ. iiij. ꝛ coletur ꝛ misceatur cũ ea tertia vntie de sirupo iulep ex çucharo ꝛ sumatur mãe alto ꝛ quiescat die assumptionis eius ꝛ secũda. ¶ Et ei qꝺ est descriptio ad lapidem. Illud vᷣo ꝙ aufert esse lapidis ꝛ prohibet eius generationem est: esse contentum in cibo pane fermentato spongioso cum farina fuit mollita in ꝓximo cum auibus laudabilibus sicut pullis ꝛ perdicibus: ꝛ interpolatione lepore ꝛ sparago cuꝫ possibile est: ꝛ cibarium holericum ex vrticis cum sicla. est benedictũ ꝛ non repleatur comestione multum: imo dimittat de saturitate sua paꝝ. ꝛ nõ laboret post comestionem penitus. Et si ẽ necessarium ꝙ frangat illud qꝺ generatum est ex ea ꝛ extrahat illud sumat de hac confectione. ℞. cortic. radic. sparagi exiccati ꝛ cortic. radicis feniculi exiccati iteꝝ. ꝛ poly. ꝛ scolopẽdrie: ꝛ cubebe omniũ. añ. ʒ. v. vel epani. i. pulmonarij: ꝛ gũmi prunoꝝ: ꝛ lapidis iudaici contriti sup cotem. ꝛ cassie ꝛ ciperi de barac ꝛ bdellij varij ꝛ ameos omnium añ. ʒ. ij. terantur singulariter ꝛ cribellentur ꝛ conficiantur cũ sirupo de çucharo: ꝛ sumatᷣ ex ea ex. ʒ. iij. vsq; ad ß ꝙ ẽ quasi illud cum aqua calida in qua bullitũ fuit parum feniculi. ¶ Et sunt ei ad vẽtositates ꝛ doloreꝫ capitis ꝛ stricturam anhelitus: ꝛ dolorem brachiorum. ad vẽtositates vero repellendas sufficit regimen ꝙ ego precepi ei ad generationem eorum prohibendaꝫ penitus. ea vero ex quibus generantur sunt permixtio in cibo ꝛ intromissio cibi super residuum cibi: ꝛ labor post comestionem ꝛ hec ẽ res aqua prohibui ipsum multotiens: ꝛ dixi vt non esset eius motus ꝛ labor post comestionem. illud autem quo vtendum est apud vehementiam doloris. nam dolor predictꝰ non occidit nisi a generatione lapidis stantis in aliq̊ meatuum vrine: ꝛ qꝺ ego determinaui ei prohibet eius generationem si ei alligetur: ita vt nunq̃ de eo conqueratur: et non occidet aliquid ex eo si alligatio ceciderit: ꝛ iteratio mundificationis renum. verũtamen non est possibile nisi imperium mandati auditum administratum in huiusmodi dispositione. est istud. ℞. fenugreci. ʒ. iiij. seminis apij ꝛ seminis dauci amborum añ. duas tertias. ʒ. vnius. bulliat totum in. vij. vncijs aque donec redeant ad medietatem deinde confricetur manibus donec aliquantulum viscosum fiat. Et in colatura fricetur manibus de condito violato ex çucharo. ʒ. vna ꝛ semis fricatione vltima: ꝛ coletᷣ ꝛ sorbeatur in hyeme super medietatem. ʒ. vnius de tyriaca magna ꝛ in estate ꝛ suo simili de temporibus aeris calidi sine tyriaca penitus: ꝛ vaporetur locus totus cum hoc oleo. Olei anetini tres. ʒ. sumantur in quo liquefiat adipis galline. ʒ. i. deinde submergatur in eo lana succida et vaporetur cum ea tepefacta locus multis vicibus post potum medicine precedentis. deinde administretur sternutationum bis aut totiens. dolor vero capitis cum inuenitur: tũc si fuerat in tempore caloris sumat istud qꝺ narro.

¶ Conditi rosati ex çucharo. ʒ. xij. medulle cassiefi. mundate a suis ĩterioribus ꝛ suis tunicis. ʒ. vi. fricẽtur ambo in quinq; vncijs aque calide colentur ꝛ addatur colato. sirupi violati de çucharo. ʒ. i. ꝛ. ß. sumatur in mane ꝛ vngatur frons ꝛ anterior pars capitis cum oleo rosato concusso cũ tertia parte sui ex aceto forti ꝛ infrigidetur. Et sit effusio eius super caput cum vase strictiore ab altitudine mensure palmi: quoniam est melius ꝛ velocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris sumat hanc medicinã agarici vere albedinis. ʒ. i. ꝛ tertia rauetseni. sexta. ʒ. vnius. terantur ambo ꝛ conficiantur cũ sirupo acetoso de çucharo. Et sumat super illa duo istud qꝺ ego narro. cassiefi. cõ-

trite ⁊ anisi vniuscuiusq; .ʒ.i. ferueant i sex vncys aque do nec consumatur ex ea mensura tertie: ⁊ colletur ⁊ misceat̄ in ea sirupi acetosi.ʒ.i.⁊.ß.⁊ sorbeatur. Et bulliant camomille: melliloti: vniuscuiusq; manipuli quattuor in aqua que cooperiat ea donec vehemēs fiat eius calefactio. deinde inclinetur frons ⁊ timpora super illum vaporē ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitū fuit illud quod dixi submergat̄ i ea pannus lenis ⁊ vaporet̄ cum eo vbi inuenitur dolor i capite. Stricture vero anhelitus non est causa nisi additio carnis ⁊ dimissio exercitij in ieiunio: ⁊ cum conseruatione illius eleuatur. ¶ Illud vero qđ accidit de dolore brachys ⁊ membris inungatur cum inuenias illud cum oleo anetino qm̄ destruet illud. Et ei est iterum descriptio suffuf ad lapidem. ℞. gummi prunorum: ⁊ cubebe: ⁊ lapidis iudaici. omnium an̄.ʒ.iij. cortic̄. radic̄. sparagi ⁊ ebani amborūz an̄.ʒ.ij. seminis dauci.ʒ.ß. terantur ⁊ cribellentur ⁊ adiungatur eis media vncia çucbari. bibatur de eo omni die a duabus.ʒ. vsq; ad circuitum eius cum aqua in qua misceatur sirupus acetosus Et sit cibus.i. panis albus tafea ex lepore ⁊ feniculuz ⁊ cibarium olei cū ex vrticis. Et est ei descriptio infusionis ī alia ad illud. ℞. cortic̄. radic̄. apij. ⁊ cortic̄. radicis feniculi omnium an̄.ʒ.ij. cortic̄. radic̄. sparagi.ʒ.iij. cubebe ⁊ rubee tincture omnium an̄.ʒ.i. terantur omnia ⁊ bulliant in sex vncys aque donec minuatur medietas eius: ⁊ colletur ⁊ misceatur cum ea de sirupo acetoso squillitico.ʒ.i.⁊ media ⁊ bibatur.

Finis Zoar de curatione lapidis.

¶ Explicit hoc opus mandato ⁊ expensis nobilis viri domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis. per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1497. die septimo mēsis Octobris.

Registrum

a
¶ Liber rasis
¶ Albubetri araçi
¶ De forma ossiū
ciem mouent.

b
¶ De significatōe
¶ Significationū
¶ Faba.ca.z.
epar. Aque vero

c
¶ Solatrū friduz
aquam calidam
autem aliqua
sicca vt ab inimico

d
Et si scotomiam
exn̄te: ⁊ fortiter
¶ De his que
¶ De sedanda

e
contingat dicemꝰ
locum est fortiter
dū ⁊ ne pāniculus
lignee: melāopipis

f
alys infridantibꝰ
ambulus est: ipsaz
¶ Sumat̄ resina
autem dolor

g
aut in qua
¶ Fistule vero
⁊ ventris solone:
¶ Postq̄ autem

h
¶ Dolor fortis
membrum: cum
⁊ si tamen cum
sunt in senio

i
cum extremitate
¶ Et cura eius ē
durum i stomaco
miscetur cum ea

k
moriatur fetus
per collum suum
¶ Sciatica vero
¶ Eradicant

l
non dixi in hoc
vt cooperiatur
cum aqua mellis
¶ Cōfectio troci.

m
debemus vti ad
sic patiēs sanabat̄
lis ⁊ vuaz caninā
cie ⁊ in capite

n
⁊ calorez innatuz
potius confortari
ris quantum est
tiue ⁊ digestiue

o
Canatellia idest
¶ Litiuz hoc de
¶ Herbe contra
Syrupus de

p
¶ Incipiunt
fortificatur ille
⁊ accedit ad
¶ Incipit 3ª

q
plasmatum. Et
sequuntur
cum habeant
inuenit in nā.


r
¶ Febris que
nue spem tuam
Et crisis
parte posteriori

s
cipit dissolui
⁊ turturum ⁊
¶ Ficus sicce
ta: ⁊ in egypto

t
⁊ silr̄ incisio
paruitate sui
nigre expulse
¶ Ait moyses

v
infirmitatē siue
corpe quecūq;
existentiū: ille
ne latentes: nō

Finis.



HC* 13893; Pr. 5082; VB. 4199.

sig a - v⁸

20 x 8 = 160 leaves last (blank) missing

numb. [1] 2 - 159.

BMC. v. 429. [Ven. Hamman]

close reprint of sig. p - v. of this

vij

Frs. s.

Quaritch 1923, £ 11.11 — 300.-

Taeuber & Weil 1925 M. 750.- — 1000.-

Davis & Orioli 1927 £ 30.- — 750.-

Nourry 1930 Cat. 229.
No 474, frs. 4500.- — 900.-

J & J Leighton Ltd. Cat. XXV. 1934
No 4, £ 25.- — 500.-

[illegible]

